

Rękopis i jego oprawę wyrestaurował
introligator Jan Wyżga w czerwcu 1934 r.
Nadstawiono brakujące części obu desek
okładkowych, dodano karty ochronne
A. B.

N.° Inw. 627

CC 1
10.

I

Venerabili viro ex anglorum spe-
ctabili prosapia oriundo domino
Stephano de maulay frater egi-
dius romanus ordinis fratrum
heremitarum sancti augustini salutem in
eo qui est fons sapientie in
excelsis. In secundo rethoricorum
philosophus volens de nobilitate aliqualem noticiam
tradere honoris amatiuam ipsam esse describit.
Cum igitur de numero bonorum honorabilium scientiam opi-
nemur decet nobilitatem quadam mouisse solercia ad
capescendam philosophicam disciplinam et maxime
cum simul cum nobilitate generis acceperit mentis in-
dustriam et perspicacitatem intellectus. Quare sincera
vestra nobilitas requisiuit continuus ut modicum quod
ad exponendum librum periermenias eorundem temporibus retro-
actis cura peruigili consummarem tanto nos
magis ostendit origine nobilem et animo gene-
rosum quanto perfectius librum inter ceteros alios intellectum
humanum clarius et certius dirigit in abdita scien-
tiarum atque zelo vestre dilectionis eximio una
cum utilitate rei publice inclinatus annuere
altissimo condecente prosequente prout vestra excellens
generositas postulauit, volens ostendere

Philosophus in tertio de anima modum componendi
intellectus nostri aut quod oportet ponere componentem
componens res in ipso. Si vero aliquis intellectus est
contrarium ipse semper ipsum componit et
actu est et separatus est. ex quibus verbis sufficienter
inuestigare possumus necessitatem doctrine et spetialiter li-
bri posterioris quem habemus pre manibus. Nam secundum
illud verbum philosophi in secundo methaphisice malum est simul
querere scientiam et modum sciendi vult enim
quod modus sciendi appellatur logica sine qua non
potest esse aliquis instructus in aliqua scientia quia ut idem
innuit logica est quedam via ad ceteras scientias
et doctrina de qua tenendum in sermone facere est
magis modus sciendi quam scientia. Nam non est necessaria
logica propter res sciendas sed propter modum sciendi nam
possunt non res sciri absque logica. Nam substantie
separate que non intelligunt cum discursu ut sciant
res non indigent logica quia si logica magis
est dicenda modus sciendi quam scientia quia non propter res sciendas.
Sed in propter nostrum modum sciendi necesse fuit logicam
inuenire cum modo componendi nostri sit in potentia quia ut dicitur
est intellectus noster est potentia componens. ex expositione intellectus nostri
inuestigare enim quia necesse fuit inuenire dy-
alecticam. igitur quia intellectus noster est componens in potentia

quia in actibus suis est possibilitas adiuncta potest ibi
cadere malum et error. Ne igitur propter possibilitatem ad-
iunctam male intelligeremus et erraremus in actibus
nostris inuenta fuit doctrina que est huiusmodi actius
directiua vnde et philosophus secundo in ix metaphisice loquens de
malo et errore ait quod malum non est absolu-
tum a rebus existentibus in potentia et secundum hoc dicit quod malum
non est post potentiam et idem ibidem ait quod in rebus
que sunt eterne et que sunt actu non est malum
aliquod nec error. Itaque sicut amoto principio
cui tollitur posterius sic amota potentia tollitur
omne malum et omnis error quia ut prohibita malum
et error non sunt potentiam. Si igitur doctrina inuenta
est ne erremus in actibus nostris cum huiusmodi error non
possit originem sumere nisi ex possibilitate intellectus nostri
bene dictum est quod quia intellectus noster est potentia componens ideo
potest in suo actu errare ad quod obuiandum necesse
fuit logicam inuenire. hoc est igitur quod ait philosophus
loquens de intellectu nostro quod oportet esse potentia componentem et componens
in ipso esse possibilitatis quedam. Si vero aliquis intellectus est
contrarium huiusmodi quod non sit potentia componens ipse huiusmodi intellectus
se ipsum componit et actu est et separatus est a possibi-
litate et in tali intellectu non potest aliquis error tendere tota
igitur causa quare indigemus doctrina tamquam via ad alias scientias
sumitur ex possibilitate intellectus nostri et quia possibilitate potest ad omnem
scientiam errorem in actibus nostris quia si ex possibilitate intellectus
nostri est inuestigare necessitatem doctrine iuxta triplicem
possibilitatem quam in intellectu nostro aspicimus possumus
tres causas partes doctrine assignare. Nam intellectus
noster primo est in potentia quia non statim cum intelligit genus
intelligit differentias nec statim cum intelligit differentiam intelligit
speciem. ne igitur in huiusmodi conceptibus erraremus necesse fuit
ut patebit tradere scientiam libri predicamentorum. Secundo in-
tellectus noster est in potentia quia non statim cum intelligit terminum
intelligit propositionem. ne igitur in coniungendo predicatum subiecto vel
in formando enunciationem errorem contingeret necesse fuit
inuenire scientiam libri periermenias que est de enuncia-
tione. Tertio intellectus noster est in potentia quia non statim intelli-
git principia intelligit conclusiones ideo ne in syllogiza-
do et inde deducendo conclusiones ex principiis error
accideret necesse fuit inuenire partem illam
de formatione syllogismi antiqua noue vel dicit alio modo
dicit noticia. primo igitur intellectus noster est in potentia quia non statim
cum intelligit genus intelligit differentiam et non statim cum intelli-
git differentiam intelligit speciem propter quod errat in intelli-
gendo simplicia et formando diffinitionem. Nam . . .
est intellectum simplicium non contingat error . . .
accidit cum ibi error precessit propter . . . in

intellectu simplicium idem modo intellectus habet in esse quandam oppositionem quae duplex est. Nam intelligendo simplicia et formando diffinitionem primo coniungimus differentiam generi et constituimus diffinitionem, secundo adaptamus diffinitionem constitutam diffinito et intelligimus rei quidditatem. Potest ergo in talibus esse error vel quia debitam differentiam non coniungimus debito generi ut puta si latum adderemus lineae vel quia debitam diffinitionem adaptamus debito diffinito ut puta si diffinitionem unius rei adaptemus alii. Et quia idem est de diffinitione intelligendum est de omni descriptione. Nam et in descriptione contingit error et quia descriptionem non debite formamus vel quia eam non debite adaptamus. Si igitur statim cum intelligimus genus intelligeremus differentiam non erraremus in formando diffinitionem et si statim intellecta differentia intelligeremus speciem non erraremus in aptando debitam diffinitionem debito diffinito, et sic contingit errare in diffinitione dupliciter vel quia diffinitionem non debite formamus vel quia diffinitionem non debite adaptamus. Sic et contingit errare dupliciter circa descriptionem vel quia descriptionem non debite formamus vel quia eam non debite adaptamus. Et quia in intelligendo simplicia et in intelligendo significata terminorum sic formamus nobis in mente aliquem conceptum qui conceptus in terminis diffinitionem est diffinitio [illegible] quod significat nomen est diffinitio. In non terminis autem diffinitionem est aliquo loco diffinitionis quia est aliqua descriptio in hiis conceptibus quos formaret intellectus in intelligendo simplicia posset errare vel quia non debite conceptum formaret vel quia debitum conceptum non adaptaret debite quidditati ut debitam diffinitionem debito diffinito. Sed si intellectus noster non esset intelligens in potentia et statim cum intelligeret genus vel quodcumque idem intelligeret ea per quae debite [illegible] non erraret in formando differentias nec in formando quoscumque conceptus et quascumque descriptiones et si statim cum formaret aliquos conceptus aliquas intelligeret quidditates quibus sunt illi conceptus sic non erraret in formando conceptus sic non erraret in adaptando conceptus rebus. Quare si in intelligendo simplicia propter potentialitatem intellectus nostri errare possumus vel quia non debite formamus conceptus vel quia conceptus formatos non debite adaptamus, ne erraremus in formando in mente nostra conceptum secundum [illegible] et ne erraremus in adaptando hiis conceptus formatos quidditatibus praedicamentalibus ut quia forte conceptum [illegible] quod significat nomen generis adaptemus qualitati vel alii praedicamento necesse fuit tradere scientiam libri Praedicamentorum [illegible] regulam in formando nobis conceptus de decem praedicamentis et in adaptando hiis conceptus formatos debitis praedicamentis doceamur. Fuit ergo necesse tradere doctrinam libri Praedicamentorum [illegible] quod significat

vnd

nomine generis praedicamenti per quam doctrinam possumus nobis debitos conceptus formare de quibus et hiis conceptos formatos rebus quibus competunt possumus debite adaptare. Est tamen diligenter notandum quod quia intellectus noster non sic fertur in quidditatem rerum simpliciter ut intellectus substantiarum separatarum, immo circulo [illegible] hiis quidditatibus et [illegible] differentias rerum nescit propriis nominibus nominare, ideo non solum in intellectu generis non statim intelligit differentiam immo intellecta differentia non statim intelligit in re quae est illa differentia. Nam si quid potest differentia alias possibilis et decuplex est differentia potest forte nulla sit alia linea x pedes, at tamen quia bipes et quadrupes et decuplex sunt circumlocutiones differentiarum non quia intelligit has differentias quod cognoscit alia linea x pedes, nescio quid intelligit quia est potentia cognoscens et non statim cum intelligit genus intelligit differentiam nec statim cum intelligit differentiam intelligit in re quae est illa differentia, propter quod potest errare in intellectu simplicium et in significationibus terminorum; ideo necesse fuit invenire componere librum Praedicamentorum ubi ostenditur quid significat nomen generis praedicamenti, reliqua de levi pateant. Nam planum est quod intellectus noster est in potentia quia non statim cum intelligit simplicem intelligit compositum, propter quod potest errare in formando enuntiationem; ideo necesse fuit componere librum Perihermeneias vel de enuntiatione. Item ut dicebatur intellectus noster est in potentia quia non statim cum intelligit principia intelligit conclusiones, ideo potest errare in sillogizando; ideo necesse fuit componere libros artis novae vel agitur de sillogismo simpliciter, necesse fuit componere librum Posteriorum [illegible] vel agitur de sillogismo demonstrativo qui est sillogismus apodicticos id est faciens scire. Patet ergo quod quia intellectus noster est potentia cognoscens et quia potest errare in conceptu simplicium componendo et discurrendo, ideo necesse fuit logicam invenire quantum ad librum Praedicamentorum ne erraret in simplicibus conceptibus et quantum ad librum Perihermeneias ne erraret in enuntiationibus et quantum ad libros artis novae ne erraret in argumentationibus. Sed si aliquis intellectus esset quantum vult quod non est potentia cognoscens, ille est actu ens et est separabilis a rebus materialibus et non est forma corporis; hic itaque intellectus quia non est potentia cognoscens non errabit in intellectu simplicium nec intelligit componendo et dividendo nec intelligit discurrendo, propter quod non indigebit logica ut per eam habeat scientiam de rebus. Tota ergo causa necessitatis logicae accidentalis est ex modo intellectus nostri. Est ergo quamvis sit modus sciendi et per se scire sit inventa eo quod sit via ad ceteras scientias, licet tota quamvis sit necessaria potissime tamen necessarius est iste liber ubi agitur de sillogismo demonstrativo faciente scire, ex quo patet quod sit secundum hunc librum et quam causam [illegible] quia tamen hic

principaliter intendit de demonstratione. demonstratio siue syllogismus demonstratiuus potest poni hic esse materia vel subiectum efficiens et formalis et finalis pars potest per ea que sunt in libris principiis traduntur.

His visis ad intellectum dictorum quedam questiones dubitabimus cum igitur hic liber sit de demonstratione et demonstratio sit syllogismus faciens scire dubitabit forte aliquis utrum per demonstrationem acquiratur scientia et videtur quod non quia scientia idem est quod certa cognitio sed certior est cognitio principiorum quam conclusionis quia propter quod vnumquodque et illud magis si ergo per demonstrationem generatur certa cognitio tunc certior sit cognitio principiorum quam conclusionis ergo principia demonstrabilia quod falsum est. Preterea id quod inducit ad errorem non videtur ad generare scientiam sed hic est dicta intellectus et sensus hec contrarietas in eo de anima quod intellectus non errat circa intelligibilia propria sicut nec sensus circa propria. Sensus autem non errat circa sensibilia propria sed communia igitur cum syllogismus demonstratiuus sit compositus et circa propria error maxime accidat non videtur competere ad generandum scientiam sed magis ignorantiam. Item inquit est philosophus qui vocat demonstrationem apodicticon id est facientem scire. Dico quod ut in dicetur scire opinamur vnumquodque cum causam cognoscimus et quoniam illius est causa et quod non contingit aliter se habere. Sed igitur aliquis syllogismus non acquirat scientiam hoc est vel quia non procedit ex causis sed procedit ex quibusdam probabilibus et ... vel si syllogismus accipit causam non accipit causam que sit propria illius ita quod non procedit ex propriis sed ex quibusdam communibus ... ergo quod acquirat scientiam non solum debet esse causa sed in debet esse causa propria. Hii syllogismi non acquirant scientiam per syllogismum quia si accipit causam tamen propria non tamen accipit causam per se et immediatam que de necessitate conferunt effectum et quod non potest aliter se habere. Sed cum omnia ista concurrunt quod est processus ex causis et est causa ... et propriis et ... causis que non contingit aliter se habere, quod posito ponant effectum cuius sunt causa per se et immediate, ... talis processus ad generandum scientiam et quia omnia ista concurrunt ad demonstrationem quia demonstratio est ex causis conclusionis veris primis et immediatis ideo demonstrationem esse syllogismum apodicticon id est generantem scientiam. Ad illud quod dicebatur quod si certa cognitio habetur per demonstrationem conclusionis tunc principiorum sit certa cognitio principia erunt demonstrabilia dicendum quod ut patebit non omnis certa cognitio habetur per demonstrationem sed solum habetur certa cognitio conclusionis communiter proprie vocatur scientia non autem habetur per demonstrationem certa cognitio principiorum cum habetur cognitio ut ibi patebit in ...

per demonstrationem

scientia dicitur. Sed intellectus quod non videtur arguebatur quod circa propria maxime contingit errare dicendum quod ratio arguit oppositum non procedit. Nam magis est circa ... circa quod contingit errare ideo oportuit esse artem de demonstratione et per demonstrationem ne contingeret talia errare. Viso ergo dato quod per demonstrationem sic sit scientia quia procedit ex causis propriis et immediatis que scientiam causant forte dubitaret aliquis utrum de demonstratione sit scientia et videtur quod non quia ut dictum est scientia est per demonstrationem. si igitur de demonstratione esset scientia scietur demonstratio per demonstrationem et alia demonstratio per demonstrationem et ita esset processus in infinitum quod esse inconveniens. Preterea ut dicit Augustinus non est idem organum et subiectum videmus enim in arte fabrili quod martellus qui est organum per quod faber agit est res alia et differens ab eo quod per martellum efficitur et ab eo quod sibi est actio martelli. Sed ... ergo instrumentum est differens ab eo circa quod vertitur actio instrumenti quia tunc idem ageret in se ipsum. Quia ergo demonstratio est instrumentum per quod scimus non potuit esse demonstratio subiectum in scientia non potuit esse id de quo est scientia. non ergo est scientia de demonstratione. Contrarium est philosophus qui edidit artem demonstrandi est igitur ars et scientia de demonstratione. Dico quod si ars esset per inventionem forte difficile posset modo satisfacere ... posuit enim inventionem quod in actibus ... non est in ... ut si patet intelligendo intelligo aliquid et per alium actum intelligendi intelligo me intelligere, rursus per alium actum intelligo me intelligere et sic per cum in actibus ... preter esse processus in infinitum et quod demonstrare et arguere et syllogizare et ... discurrere ab vno in aliud sunt actus rationis ideo forte diceret aliquis quod per demonstrationem habetur scientia de demonstratione et de illa demonstratione habetur scientia per demonstrationem et sic in infinitum. Sed hoc dicendum stare non potest quia non videmus Aristotelem huic modo tenuisse quod tradat scientiam de demonstratione per demonstrationem aliam et de illa per aliam et ita in infinitum. Cum plus cum infinitum sit ignotum ut dicitur in primo physicorum si esset processus in infinitum non omnino sciremus. Sed si non possumus certificari de demonstratione nisi per demonstrationem aliam et de illa nisi per aliam et ita in infinitum cum infinitum terminari non possit numquam possemus peruenire usque ad finem quod haberemus certitudinem aliquam de arte demonstrandi. ... hic dicendum aliter ... quod sicut faber cum vno martello facit alium martellum ita quod martellus ibi est organum actionis et est id quod actioni subicitur non tamen est idem martellus quod est organum et quod subicitur actioni sed est in martellis

processus in infinitum, sicut ut aliquis praedemonstratio esset
scientia demonstrabilis et tamen est eadem demonstratio. Et talia
non est in demonstrabilibus processus in infinitum. Sed nec
hoc sufficit, quia si faber per aliquam actionem fabricaret
omnem marcellum, non posset illam actionem agere
cum marcello, quia tunc ille marcellus se ipsum
efficeret. Ergo cum in hoc libro doceatur ars de omni demonstratione,
non potuit hic fieri praedemonstratio, quia tunc illa
demonstratio se ipsam demonstraret. Secundo dicendum quod si suppositum
organum logicae esset demonstratio, sicut est syllogismus dialecticus
vel syllogismus sophisticus, sicut forte congrue sustineri
posset quod dialecticus syllogizando docet syllogizare,
sic congrue sustineri posset quod demonstrando docet demonstrare
et quod praedemonstrationem habet scientia de demonstratione. Sed
quia tamen logica non est demonstratio, ideo possumus
dicere quod docens demonstrare non demonstrat, nisi forte per
accidens in quantum docens demonstrare adducit demonstrationes
aliquas gratia exempli. Sed quod non sunt necessariae,
dicemus ergo quod sicut dubitabiles sunt
originem ex sola imaginatione imaginati. Sic ergo
concessit quod docens demonstrare demonstraret, hoc supposito
quod docens demonstrare non demonstraret, ut in
processu patebit, rationes superius factae sunt solutae
et non habet dubium quod quaeritur. Ulterius forte dubitaret
aliquis dato quod ars demonstrandi sic doceatur
demonstrative, utrum ars syllogistica doceatur syllogistice. Dicendum
quod duplici via investigare possumus quod syllogizando
addiscimus syllogizare. Primo per hoc quod videmus in aliis artibus.
Secundo per hoc quod habet intellectus specialem prae aliis potentiis.
Primo sic patet: videmus enim quod fabricando fabri sumus et citharizando
artem citharizandi addiscimus; ergo a simili formando
syllogismos et speculando qualiter syllogismi formantur artem
syllogizandi addiscimus. Secundo hoc idem patet per hoc quod habet intellectus
specialem prae potentiis aliis. Nam intellectus est super se
conversivus. Intellectus enim non solum intelligit res, sed intelligit
se intelligere; et eodem actu quo intelligit, intelligit se intelligere,
quia si hoc esset alio et alio actu esset abire in infinitum.
Standum est ergo in primis in eodem actu quo intellectus
intelligat se intelligere, et ideo syllogizare et discurrere
sunt actus ipsius intellectus. Ideo non solum intellectus
syllogizat, sed et cognoscit se syllogizare, et eodem
actu quo syllogizat se syllogizare cognoscit. Syllogizando
ergo potuit se cognoscere syllogizare et potuit artem
syllogizandi addiscere. Ulterius dato quod syllogizando possumus
addiscere syllogizare, dubitaret forte aliquis quod videtur
quod fuerit necessarium invenire logicam. Nam cum
aliae scientiae syllogizent et syllogizando possumus addiscere
artem syllogizandi, videtur quod addiscendo alias scientias possumus

addiscere artem syllogizandi. Quare logica inventio superfluit
quia sic sufficit hic logicam invenire. Dicendum quod duplici
via investigare possumus quod necessarium fuit
logicam invenire non obstante quod syllogizando addiscimus
syllogizare. Prima via sumitur ex facilitate addiscendi.
Secunda ex complemento doctrinae. Primam viam tangit philosophus in
secundo Metaphysicae ubi agitur quod inconveniens est simul quaerere scientiam et
modum sciendi. Si ergo addiscendo alias scientias et syllogizando
in aliis scientiis vellemus artem syllogizandi addiscere,
et simul quaereremus scientiam et logicam quae est modus sciendi,
et quae docet syllogizare. Et quia male nati sumus ad sciendum
et intellectus noster nascitur quasi tabula rasa in qua nihil est depictum,
apponitur in ignorantia. Ideo valde difficile est ei addiscere
concursum illorum per se, et valde difficile est intellectui
addiscere logicam per se, et tamen est ei difficile addiscere
alias scientias per se. Si ergo vellemus simul addiscere logicam
cum aliis scientiis, non solum hoc esset ei difficile, sed quasi
impossibile. Et hoc dicit Commentator super II Metaphysicae exponens illud
philosophi quod non oportet simul quaerere scientiam et modum sciendi, id est logicam.
Ait quod cum homo addiscit logicam cum ad inventionem
aliarum scientiarum, tunc non addiscet hanc neque
hanc, id est tunc non addiscet logicam nec alias scientias.
Ergo propter possibilitatem et facultatem addiscendi necesse fuit
logicam invenire, ut non simul quaereremus modum sciendi
et scientiam. Secunda via ad hoc idem sumitur ex complemento
doctrinae. Nam licet syllogizando addiscamus syllogizare, cum quod scire
est cognoscere causas et principia rei, non perfecte possumus
scire artem syllogizandi nisi sciamus syllogismum reducere in sua
causa et in sua principia. Et quia principium syllogismi cuiusmodi est dici de omni
et dici de nullo et ea ex quibus constat syllogismus docet logica
tantum, ideo ad complementum syllogisticae artis
necesse fuit logicam invenire. Ulterius dato
quod necessarium fuit logicam invenire, dubitaret forte
aliquis utrum sit simile de inventione logicae et de
inventione aliarum scientiarum. Dicendum quod sicut in
aliis scientiis quadam via incepit philosophus et videndo
effectus incepit investigare causas, ut videndo
eclipsim incepit investigare causam eius, et quod investigata
habuerunt scientiam de eclipsi, sic antiqui
sapientes videntes quod intellectus ad complexionem in veritate rationes
et argumenta incepit investigare quid intellectus
agat et quid syllogizat, et conati sunt invenire
principia et causas illorum quibus inventis invenerunt artem
syllogisticam. Est ergo quaedam similitudo de inventione
logicae et aliarum scientiarum. Ulterius autem cum logica
sit de conceptibus et actibus ipsius rationis videamus quod
actus ipsius rationis et intellectus diversificentur secundum diversa quae
forte intellectus in intelligendo. Nam in intelligendo simpli-

cia forte dictionem et in intellectu composita forte enun-
ciationem construendo aut ab una propositione ad aliam
forte idem et sillogismum dubitatur; ergo aliquis utrum sit
simplex de intellectu prout intelligit simplicia et forte
dictionem et conceptum aliquo loco dictionis et prout in-
telligit composita et forte enunciationem et prout discurrit
et forte sillogismum. ¶ Ad quod quantum ad presens spectat dicere
possumus quod est quedam simplex conceptus ad hoc omnia. Nam
sicut in intellectu simplicium est dare ad quod stant per se
ipsum sed omnis intellectus per eum intellectum concipit alia
concepta formentur; licet autem hoc aliud est ens et esse.
Nam primum quod imprimitur menti nostre ut ipse aut
est ens et esse, quicquid postea intellectus concipit et quicquid
intelligit hoc intelligere per ens et esse, et quia sic est ergo in
intellectu simplicium est dare ad quod stant omnes termini
intellectus et per id certificatur quod fuit intellectum; sic et
et in intellectu compositorum et formando enunciationes
contingit idem. Nam certas propositiones intelligimus per com-
munes animi conceptiones que dignitates vocantur; di-
gnitates autem ipsas intelligimus in intellectu hanc
dignitatem quod non contingit aliquid esse et non esse simul
dari; nam hec dignitas immediate fundatur in ipso ente, sicut ipso
esse; quare sicut ens et esse est de intellectu omnium simplici-
um, sic hec enunciatio vel propositio immediate
fundata super ipso ente est de intellectu omnium propo-
sitionum; sic ergo enunciatio hec esse contingit quod certe enun-
ciationes roborantur et reducuntur ad enunciationes
primas que vocantur communes animi conceptiones; communes
autem animi conceptiones reducuntur ad propositionem hanc quod
non contingit simul esse et non esse. hec autem non reducitur in propositionem
aliam sed in se ipsa est manifestissima et habet omnem sue
veritatis causam; aut reducitur. hec propositio non reducitur in
in intellectu compositorum sed reducitur in aliquid simplex
ut in ens et esse. sic possumus aliquem sillogismum forte
in quo possunt reduci omnes sillogismi; ille autem sillogismus non
reducetur in ulteriorem sillogismum, ut si hic sit primus for-
ma sillogismi dici de omni et dici de nullo si fieret unus
sillogismus continens hoc formaliter primum in quem sillogismum reduce-
rentur omnes sillogismi, ut puta si fieret talis sillogismus: In quibus-
cumque sillogismis est primum dici de omni et dici de nullo illi
sunt perfecti sillogismi, sed in omnibus sillogismis prime figure formales
seu coniugationes utiles est primum dici de omni vel dici
de nullo, ergo omnes tales sunt conclusi et perfecti sillogismi. patet
quod quodammodo est simplex de intellectu compositorum que
formant enunciationes et de intellectu discursivo qui format
sillogismum; nam sicut omnes enunciationes reducuntur ad enun-
ciationes primas, id est communes animi conceptiones, commu-
nes autem animi enunciationes prime reducuntur in hanc

quod non contingit idem simul esse et non esse. hec autem non reducitur
in enunciationem aliquam sed continet in se ipsam esse et
immediate fundatur in ente quod est de intellectu omnium ali-
orum. sic omnes alii sillogismi reducuntur in sillogismos prime figure,
autem per reducuntur in illum sillogismum quod formaliter continet
primum formam omnium sillogismorum; ille autem sillogismus se ipso fa-
cit fidem et habet in se ipso causam sue veritatis et non redu-
citur in aliquem alium sillogismum, sed reducitur in dici de omni
et de nullo que primum sunt pars illius sillogismi et secundum
substantiam ingreditur illum sillogismum. Sic hec propositio quod non contingit
simul esse et non esse non reducitur in propositionem aliam sed reducitur
solum in ipsum esse quod est pars illius propositionis et secundum substantiam ingreditur
propositionem illam. Verum ergo dicendum est quod sicut quod esse est de in-
tellectu omnium aliorum, ita propositio illa que continet esse simpliciter ro-
borat omnes alias propositiones; ipsa autem non reducitur in aliam
sed habet in se ipsa causam sue veritatis et habet id per quod omnia alia
roborantur. sic sillogismus ille formaliter de primis formis
sillogismi continens ante sillogismi et non reducitur in alium sillogismum
sed omnes alii reducuntur in ipsum. patet ergo quod quedam simplex est
simplex de conceptu sillogismorum et de aliis conceptibus. patet
etiam quod sillogismus per tradi ars sillogismorum et quod per sillogismum per-
habetur ars de sillogismo non tamen ibit in infinitum quia est de-
venire ad aliquem sillogismum qui non reducetur in alium
sillogismum sed se ipso faciet fidem et habebit in se ipso
primum roborantia omnes sillogismos; sicut licet per propositionem probetur
propositio non tamen ibitur in infinitum sed est devenire ad
aliquam propositionem que non reducitur in propositionem sed se ipsa fa-
cit fidem. Non enim probatur per propositionem aliam quam per se
ipsam. licet enim in se ipsa ipsum esse et fundatur in ipso en-
te quod est id quod certum cognoscimus. ¶ Videtur autem
quod intellectus humanus non quiescit dubitatur quod non
videtur posse quod per sillogismum tradatur ars de sillogismo quia ut
superius arguebatur. Faber qui fabricaret omnem mar-
tellum non posset per martellum aliquem omnem martellum
fabricare quia tunc ille martellus fabricaret se
ipsum; ergo ars sillogizandi cum tradens arte sillogismi doceat con-
struere omnem sillogismum et cum talis arte probetur forte talis sillo-
gismus non per hoc sed per sillogismum quia tunc in illo sillogismo probaretur for-
sitan ipsi quod videtur inconveniens. quia semper quod agitur et per quod agi-
tur debent esse distincta quia distinctum debet esse organum
per quod fit actio et id quod actionem subditur quia non potest idem agere
in se ipsum. ¶ Ad quod dicendum per aliquem martellum non posset
fabricari omnis martellus est tamen aliquis sillogismus qui probat
et roborat omnem sillogismum, ut patet in illo sillogismo ut si diceretur
In quibuscumque sillogismis est primum dici de omni vel dici de nullo
illi sunt perfecti et conclusi sillogismi, sed in omnibus talibus sillogismis est
hoc; ergo etc. iste sillogismus roborat omnes sillogismos quia in
omnibus sillogismis est primum dici de omni vel de nullo vel sunt re-

dubitabiles ad sillogismos roborat et hic sillogismus se ipsum
quod et hic sillogismo est hic primum possumus duplicem
viam assignare quarum prima est in exterioribus non possumus in-
venire aliquod quod agat in omne tale ut non possumus
invenire martellum qui fabricet omnem martellum
in artibus autem rationalibus possumus invenire aliquid cuius
/ ut actio se extendat ad omne tale quod possumus inve-
nire aliquem sillogismum qui roboret quemlibet sillogismum. prima
via sumitur ex parte potentie agentis. secunda ex parte actus
eliciti ab ipsa potentia. prima via sic patet. Nam
potentie corporales et omnes virtutes organice non sunt super
se conversive et quia talia non agunt in se ipsa ea que
ab ipsis procedunt sicut non sunt super se conversiva nec
agunt in se ipsa et quia inconveniens est talia agere in
se ipsa inconveniens est invenire aliquem martellum qui
fabricet omnem martellum quia tunc ille martellus
cum sit quoddam corporale fabricaret se ipsum et ageret contra in
se ipsa quod est inconveniens. Sed non est inconveniens reperire
aliquam rationem que roboret quamlibet rationem quia ratio est super
se conversiva ideo quod ab ea procedit potest esse super se
conversivum extra actionem in se ipsum quia non erit inconveniens
ut dicebatur invenire aliquem sillogismum qui roboret
quemlibet sillogismum non est inconveniens reperire aliquam rationem que
roboret quamlibet rationem quia sillogizari et ratiocinari sunt
actus rationis et intellectus qui est potentia super se conversiva.
In hiis ergo que intellectus facit vel in hiis que proferuntur
in voce vel in hiis que scribuntur quia talia sunt signi-
ficativa eorum que sunt in mente poterit hic modus
inveniri quod reperiatur aliquid tale cuius actio se extendat
ad omne tale et per consequens se extendat etiam ad se
ipsum ergo ut supra tangebatur ex parte intellectus qui
est potentia super se conversiva declaratur quod querit. secundo
declaratur hic idem ex parte actus eliciti ab intellectu.
Nam cum organum per quod agitur est res aliqua et id
quod agitur per illud organum est alia res oportet esse realem
differentiam inter organum agens et rem actam. Sed cum
ipsum per quod agitur est res rationis et est actus anime elicitus
et illud ad quod se extendit actus ille organum est
res quedam rationis. sicut dicimus res quasdam differre realiter sic dicimus
ea que sunt quedam rationis sufficit secundum rationem differentiam habere. Si
ergo aliquis sillogismus se ipsum roborat sufficit illum sillogismum
a se ipso secundum rationem differre ut est organum et secundum
et ut est quoddam roborans et roboratum. Igitur quia sillogismus
est quid rationis et quia hic sillogismo quodam docemus sillogismos et quia
sillogismus est aliquomodo super se conversivus completa tamen ars
sillogistica continetur in sillogismo habente in se primum formalia si-
llogismorum et per illum sillogismum roborantur omnes alii sillogismi

viii. Videtur autem quod ad hunc intellectus hominis non

quiescit dubitatio forte aliquis quod non omnino conveniens
quod aliquid se ipsum roboret quia tunc roborans sit no-
tius roborato idem esset notius se ipso quod est inconveniens.
Dicendum quod in cognitione conclusionum vel in cognitione eorum
que consequuntur particularia hoc est verum quod probans notius
est probato et manifestans notius est manifestato
in communi autem principiorum universalium non habet quod principia se ipsis sunt
nota quidem et per se ipsa sunt manifesta et quia sillogismus
forte ex principiis formalibus sillogismorum et continens principia illa
habet rationem principii et est in arte sillogistica ideo non est inconveniens
quod hic sillogismus roboret et firmet et faciat de se ipso
fidem per se ipsum id est per principia contenta in ipso possumus
autem hoc manifestare exemplo et videmus in denominatione
in complexorum quod specialia proprie loquendo se ipsa non
denominant quia albedo proprie non est alba nec currus
currit nec motus movetur. generalia autem se ipsa denominant
quia bonitas est bona et magnitudo est magna et entitas
est ens sic et in proposito rationes sicut in specialibus se
ipsas non roborant. sic autem in generalibus po-
ssunt se ipsas roborare sicut generalia se ipsa de-
nominant licet specialia se ipsa non denominent. Ulterius
forte dubitaret aliquis cum ars sillogistica possit tradi
per sillogismum quare ars demonstrativa non possit tradi per de-
monstrationem. Dicendum quod duplici via investigare
possumus quod docens sillogizare potest sillogizare
et ars sillogistica potest tradi per sillogismum docens autem demonstra-
re non demonstrat et ars demonstrativa non potest tradi per de-
monstrationem. prima via sumitur ex parte artis demonstrative.
secunda ex parte logici tradentis artem demonstrandi. prima
via sic patet. Nam ars demonstrativa se extendit
ad omnem demonstrationem non enim tradentes artem demonstrandi non
docent notitiam de aliqua demonstratione. ille autem qui docet
omnem demonstrationem oportet quod utatur terminis communibus cuiuslibet demon-
strationis sed per talia non est demonstrandum. ergo tradens artem
demonstrandi non demonstrat dicet enim logicus tradendo ar-
tem demonstrativam quod demonstratio est ex propriis et ex
veris. hiis autem omnes artifices speciales utuntur quelibet enim
scientia demonstrativa ex propriis et veris est. sed hec procedit ex
hiis propriis et hiis veris. illa autem ex aliis propriis et ex
aliis veris. dicere autem demonstrationem esse ex propriis et veris
est procedere per communia cuiuslibet discipline et quia arguens
per communia non demonstrat cum demonstratio sit ex propriis tradens
artem demonstrandi non demonstrat. secunda ad hoc idem sumitur
ex parte logici tradentis artem demonstrandi. Nam
quilibet agens agit secundum organum sibi debitum cum ergo
organum logici non sit demonstratio logicus non potest tradere artem
de demonstratione per demonstrationem quia tunc ageret per non pro-
prium organum. Sic ergo quelibet ars agit opera sibi de-

bita per propria organa et non utitur organis alterius ar-
tis ut cum proprium sit artis edificative facere do-
mum non tamen facit eam cum organis artis suto-
rie. sic quia demonstratio est actus rationis vel est constituta
per rationis actum logicus qui considerat talia per se sciret docere demonstra-
tionem componere et tradit artem demonstrandi tamen tradit eam
per demonstrationem quia ut inferius patebit demonstratio
non est instrumentum eius tamen quia non repugnat sillogismo quod fiat
per communia cum in quantum proprium organum logici est sillogismus logicus per-
tradere artem de sillogismo per sillogismum eo modo quo est sermocinalis declara-
tum est. sed quia demonstratio repugnat quod fiat ex quibus et logica
non est proprium organum demonstratio non potest logicus tra-
dere artem de demonstratione per demonstrationem quod declarare
q. x. volebamus. Utrum forte dubitaret aliquis quia videtur quod
logicus tradat artem de demonstratione per demonstrationem et
videtur quod organum eius sit demonstratio. nam per demonstrationem
probatur debita passio de debito subiecto per debita
principia. ergo cum logicus doceat quod hec media procedit logicus
in libro illo de hoc de hoc subiecto. id est de sillogismo hanc
passionem que est de natura concludere per hec principia videlicet
per dici de omni et de nullo probatur ergo idem quod proprium sit
sillogismi de natura manifeste concludere per illa principia que
continet. nam et si in talibus argumentationibus non refutant
et compossibile illa principia secundum de necessitate concludo tamen non secundum sic
manifeste sicut secundum talibus illius formis per illa principia et
quod dictum est de libro priorum patet similiter veritate videtur habere de li-
bro posteriorum vel demonstrationis. Nam in libro isto subiectum est sillogismus
demonstrativus de quo probatur hec passio quod ad generat scien-
tiam est faciens scire per hec principia que est ex veris et immedi-
atis causis et notioribus. Dicendum quod duplici via inve-
stigare possumus quod hic processus factus a logico non sunt de-
monstrationes et demonstrare. non sunt duo consideranda videlicet
ea ex quibus demonstratio sit que sunt quasi demonstrationis causa hec autem
sunt propria cuiuslibet discipline. secundo in demonstratione consid-
erandum est quod est demonstratione causa et hec est demonstrationis effectus
hec autem est efficere et ad generare scientiam. sillogismus enim demonstra-
tivus consistens ex propriis ad generat scientiam et quia nota
quod est demonstrationis effectus. his visis patet quod logicus tradens
artem de demonstratione non demonstrat tamen quia tradit
artem per communia tamen in quantum parte tradita hoc ad generet
in nobis scientiam sed modo sciendi docet. nam logicus quod demonstra-
tio est ex propriis et veris et specialibus tamen que sunt illa
propria et que sunt illa vera determinate non spectat
ad logicum quia ipse non utitur specialibus cum hec enim
proprium est non secundum de intencionis et est commune ad omnia
propria. videlicet ad propria quibus utitur geometer et ad
propria quibus utitur arismeticus et sic ad propria aliarum
scientiarum dicere ergo demonstrationem esse ex propriis et non descendere

ad specialia propria non est procedere per propria. sed per communia ergo si
consideramus ea ex quibus demonstratio constituitur patet quod ars tra-
dita a logico de demonstratione et non illa quam forte logicus de
demonstratione fienda non est demonstratio quia est per quedam
quasi communia tradita. rursus si consideremus illud quod per demonstrationem
efficitur patet quod ars demonstrandi per demonstrationem non tradi-
tur. Nam scire demonstrationem et scire sillogismum ut est ap-
plicabilis ad res demonstrativas et sillogisticas non est scire
ad rem sed est scire modum per quem debemus scire per artem
ergo demonstrandi et sillogizandi non ad generatur in nobis scientia
sed modus sciendi unde et ipsa logica a philosopho in .ii. methaphisice modus
sciendi est appellata. ars ergo illa per quam traditur notitia de
demonstratione tamen quia procedit per quedam communia tamen in quantum non
ad generat in nobis scientiam. sed modus sciendi non est per de-
monstrationem tradita non de demonstratione per demonstrationem
hec notitia. quod vero arguebatur quod logicus probat hanc pas-
sionem efficere scientiam de hoc subiecto videlicet de demonstra-
tione per hec principia quod procedit ex propriis et veris patet hoc quod forte
logicus hic idem cum procedit ex propriis et veris ad gener-
at scientiam demonstratio est hec ergo etc. patet quod hoc idem non est
demonstratio quia ea que assumit sunt communia quibus scire specialia
non quibus scientia specialis demonstrat quibus procedit ex veris et pro-
priis per quibus talem processum non ad generatur in nobis scientia non ergo
quibus probatur aliquid de aliquo per aliqua principia est demonstratio
nisi hoc fiat per propria sicut quando facit logicus. Ut per .n.
eum dyalecticus quam rethoricus procedit per quedam commu-
nia et ideo plura in principiis rethorice ambe enim videlicet dyalectica et
rethorica sunt de talibus quibus quasi communiter quodammodo omnium est
cognoscere et nullius scire declarare. Utrum autem di-
q. xi. ceret quod logicus non utatur demonstratione dubitaret forte aliquis
utrum spectet ad eum tradere artem de demonstratione et docere demon-
strationem componere. Dicendum quod sicut videmus in talibus artibus
in suo modo possumus in logica arbitrari videmus enim in arte
fabrili quod multa organa fabricat et componit quibus non
utitur. fabricat enim faber vomerem quo non utitur ipse. sed
agricola. fabricat enim acum quo non utitur. sed sutor cum
enim ars fabrilis considerat circa ferrum tamquam circa propriam materiam
ad eam spectat construere omne quod est ex ferro non tamen or-
gana quibus utitur omnibus organis ex ferro constitutis cum enim or-
ganum sit aliquid ad finem ordinatum illa orga-
na ferrea que fini fabrili sunt inutilia cuius est
acus vel quocumque alia quod non pertinent ad dura scindere fabricabit ea
faber eo quod sint ex ferro non tamen utitur eis quia non sunt uti-
lia suo fini. sed sicut ars fabrilis est circa ferrum tamquam circa
propriam materiam ita dyalectica est circa actus rationis vel per ea que circa
actus rationis sunt constituta tamquam circa materiam propriam quia sicut
spectat ad artem fabrilem considerare circa omne ferrum et fabricare
quodcumque ex ferro opus. sic spectat ad logicum considerare circa omnes

rationalis actus. Rationalia enim quae per huiusmodi actus sunt constituta non tamen utitur logicus omnibus talibus sicut nec faber omni organo fabrili. Quia demonstrare et ratiocinari syllogistice ad actus rationis pertineat, licet logicus non utatur demonstratione tamen ad ipsum spectabit tradere artem de demonstratione et universaliter de omni syllogismo. Volentes autem dato quod logicus non utatur demonstratione tradit tamen demonstrationis artem dubitaverunt forte aliquis utrum aliquis alius artifex a logico possit tradere artem de demonstratione et videtur quod rethor possit huiusmodi artem tradere. Nam si logicus tradat artem de demonstratione quia logica universaliter est circa rationalis actus vel est circa ea quae per huiusmodi actus sunt constituta cum et universaliter talia rethorica videtur quod ad rethorem pertineat tradere artem demonstrandi. Praeterea de entitate declarat logicus et rethor et tamen de eis declarant utrique quid videtur huiusmodi ... quod arguere per exemplum et per enthymema spectat ad idem et quod est circa ea quae rationis sunt universaliter tam dyalectici quam rhetoris ideo de eis utrique declarant. Ergo a simili cum arguere per demonstrationem et syllogismum spectet ad idem tam dyalectici quam rhetoris eo quod utrique sint artifices rationales spectabit declarare de demonstratione quia de syllogismo artem ergo demonstrandi et syllogismi non solum tradet dyalecticus sed et rethor. Quod quia non videtur esse opinio Tullii qui totum negotium rethoricum visus est collocare sub negotio pollitico non habet difficultatem quod concluditur quod tunc rethor non esset artifex rationalis nec spectaret ad eum declarare de actibus rationis. Sed cum secundum Philosophum et secundum veritatem rethorica sit assecutiva dyalecticae et sit magis quaedam dyalectica quam quaedam politica et utrique tam rethor quam dyalecticus sit de quibus quodammodo et sint artifices rationales ut nunc est rationalis, quod quia non utrique declarat de demonstratione cum demonstratio construitur ex rationis syllogismo ad quod pertineat. Dicendum ergo quod cum nostrum intelligere sit cum discursu et non possumus habere scientiam rerum nisi per rationes et argumenta ut patet per Philosophum ... ideo rationem oportuit de ipsa ratiocinatione et argumentatione invenire artem. Et quia rationes et argumenta applicabilia sunt tam ad speculabilia et ad artes scientificas et speculativas quam etiam ad agibilia et artes morales et practicas, ideo oportuit quod duplex dyalectica inveniretur: una quae descenderet in artes speculativas et scientificas, et haec communi nomine appellata est logica; et alia quae descenderet in artes morales et practicas, et haec vocata est rethorica, quam dicimus esse assecutivam dyalecticae, quare est quaedam grossa dyalectica. Tradere ergo artem argumentandi in rebus moralibus ut in politica et ethica spectat ad rethorem. Attamen si arguat in illis scientiis, cum rethor procedat ex communibus, politicus procedat ex propriis, erit rethor quaedam sophistica politicae. Sic tradere artem demonstrandi et tradere artem arguendi in speculativis scientiis spectabit ad dyalecticum. Attamen si dyalecticus velit arguere in illis scientiis ut puta si per quaedam communia quibus utitur velit probare propositiones geometricas ut si vellet per communia probare circuli quadraturam erit dyalecticus sophistica geometrica. Sic et rethor arguens in politica erit sophistica politicae. His visis patet quid dicendum sit ad quaestionem propositam. Nam si rethorica est quaedam grossa dyalectica et non est tradere modum arguendi in scientiis moralibus et gestis cum huiusmodi scientiae procedant sine certitudine et typo eo quod actus humani cadunt sub varia regula nec de huiusmodi actibus de quibus sunt tales scientiae possunt demonstrationes construi, non spectabit ad rethorem tradere artem de demonstratione.

Ad primum vero arguebatur quod rethor est artifex rationalis patet quod rethorica est quaedam grossa dyalectica unde non spectat ad ipsum declarare de omni modo arguendi sed solum determinabit de illis arguendi modis per quos arguitur sine certitudine et typo. Huiusmodi autem sunt exempla et enthymemata, non autem demonstrationes et syllogismi. Ad secundum vero ultimo arguebatur quod de enthymemate declarant rethor et dyalecticus ergo pari ratione poterit declarare utrique de demonstratione dicendum quod non est simile. Sed quamvis non sit simile et quod utrique poterit determinare de enthymemate et non de demonstratione cum exponetur passus ille habitus est per Philosophum in primo libro quod rethorica persuadet per exempla et enthymemata apparebit. Volentes dato quod ad rethorem non pertineat tradere artem demonstrandi q. xiii
dubitaverunt forte aliquis utrum huiusmodi possit pertinere ad artifices speciales et videtur quod sic quia sicut fabricando fabri fiunt et cytharizando ad distinctionem cytharizare quod cum aliqua scientia demonstrent. Ergo talis scientia tradet artem demonstrandi.

Dicendum quod cum scire sit per causam non sufficit demonstrare ad hoc quod tradatur ars demonstrandi nisi reducatur demonstratio in suas causas. Omnis ergo quamvis scientia specialis demonstret, quia tamen id quod est cum demonstrandi non sit speciale alicui scientiae sed sit commune ad omnes scientias ut si hoc modo reducatur demonstratio in suas causas oportet quod sit ex principiis procedere ex principiis quae non est speciale alicui scientiae sed est commune cuilibet arti. Quia cum ars demonstrandi non possit tradi per artes speciales sed per communes eo quod tradere sit omnis scientiae demonstrare tradere artem demonstrandi non pertinebit ad aliquam scientiam specialem. Sed licet et quod artifices communes. Esset ergo diligenter notandum quod sicut aliqua instrumenta ferrea cultelli sunt vomeres et aratris fabri componunt sed non utuntur aliquis autem artifex cultelli et agricola et sutor eis utuntur sed non componunt aliquis autem non componit nec utitur quia multae sunt artes quae nec fabricant aratrum nec vomerem nec utuntur illis. Sic et circa demonstrationem dicere possumus quod aliquis artifex ut logicus tradit artem demonstrandi et tamen demonstratione non utitur aliquis autem artifex ut quilibet artifex specialis de-

monstratione utitur. Si tamen docet artem demonstrandi eo
quod ars demonstrandi non nisi per eius causas tradi potest quibus
uti non proprie spectat ad artifices speciales. Rursus
cum demonstratio pertineat ad actum rationis tradere artem demon-
strandi non proprie spectat nisi ad artificem rationalem. nam sicut solus
faber eo quod ipse utitur eis ... ferream habet fabricare
organa ferrea licet non omnibus organis ferreis utatur.
Sic solus artifex rationalis habet tradere artem de demonstratione et de
aliis que sunt per actum rationis constituta, licet ipse non omnibus
talibus utatur. artifex ergo rationalis cuiusmodi est logicus
tradit artem demonstrandi, non tamen demonstratione utitur.
artifex autem realis specialis cuiusmodi est geometria
arismetica et cetera talis demonstratione utitur, artem
tamen demonstrandi non tradit. Sed artifex realis cuius-
modi est metaphysica non proprie demonstratione utitur
nec artem demonstrandi tradit. Nam hic artifex
quia communis est ideo proprie demonstratione non utitur cum de-
monstratio sit de propriis. Rursus quia hic artifex non est
rationalis sed realis ideo artem demonstrandi non tradit. ipse
enim metaphysicus proprie non demonstrat nisi vellemus acci-
pere demonstrationem large pro omni certa declaratione quia
maxime competit metaphysico. metaphysica enim non est de-
monstrare sed eius est declarare communia entis in eo quod ens.
q. xiiii. Ulterius autem dubitaret forte aliquis quia videtur in-
conveniens quod aliquis det artem demonstrandi et tamen non demonstret
nam si fabricando fabri fiunt et citharizando addiscunt
citharizare, oportet quod demonstrando addiscamus artem de-
monstrandi. ergo cum tradens artem demonstrandi oportet sit quod
doceat demonstrare, tamen non videtur possibile quod aliquis doceat
artem demonstrandi non demonstrando, quia non cognoscitur
habitus nisi per actus congruentes habitui. non videtur possibile quod lo-
gicus det artem demonstrandi et tamen dando hanc artem
non demonstret nec demonstratione utatur. Dicendum quod in arte
est considerare duo, quoddam quod est formale et quoddam quod est materia-
le. in arte domificandi quod formale est ubi ordo lapi-
dum et ordo eorum que domum constituunt. quod materiale autem
sunt ibi ipsi lapides. videmus autem quod si homo esset in-
structus in arte domificandi et sciret congrue ordinare
lapides in domo, cum videamus aliquos lapides esse
molles et aliquos duros et ex mollibus fit domus
debilior et ex duris fortior, si ille sit instructus
in arte domificandi nunquam fecerit domum ex lapidibus
duris. ad hoc quod sciret domum ex talibus lapidi-
bus facere non oportet quod aliquis doceret eum artem domificandi
nisi quod domificaretur coram eo. Sed sufficeret quod declararet
qui sunt lapides duri ostendens quod ex eis fit do-
mus fortis. Nam domificare ex lapidibus duris
non differt a domificare simpliciter nisi in materia. Sic syllogizare in
materia necessaria et ex propriis et ex veris quod facit demonstrationem de
quo declaratur in hoc libro posteriorum non differt a syllogiza-
re simpliciter de quo determinatum in libro priorum nisi in materia.
addit enim syllogismus demonstrativus supra syllogismum simpliciter necessitatem
materie, propter quod qui est instructus in libro priorum et scit ar-
tem syllogizandi quantum ad id quod est formale ad hoc quod discat
demonstrare non oportet syllogizare, sed sufficit quod ei ostenda-
tur materia ex qua constet demonstratio, tunc enim cum arte syllogi-
zandi quam didicit in libro priorum et cum cognitione materie demonstrative
de qua docetur in libro posteriorum habebit sufficienter
artem demonstrandi. unde et propter hoc potissime hic venit
quod in hoc libro ostendens ex quibus constat demonstratio docens
quod constat ex primis veris et immediatis causis conclusio-
nis. propter quod patet quod et si docens syllogizare syllogizat
quia in tradendo artem syllogizandi quantum ad id quod est formale quod ar-
te nullus posset addiscere nisi syllogizaret vel in
mente vel in voce, tamen docens demonstrare non oportet quod demonstret
quia demonstratio supra syllogismum simpliciter non addit nisi necessitatem materie. cogni- ·|· simpliciter
ta ergo arte syllogizandi ad hoc quod detur ars demonstrandi
sufficit determinare materiam ex qua demonstratio constat.
dans ergo artem demonstrandi non demonstrat nec demonstra-
tione utitur nisi per accidens gratia exempli. que enim non sunt de
necessitate artis nec sunt per terminos quibus utitur logicus
sed quibus utuntur alii artifices. Ulterius autem cum q°
reducatur in naturalem causam et in suam primam et aliam non possit
tradi ars demonstrandi nisi sciendo causam et causa demonstrationis
que esse causa et causa sunt prima vera propria et immedi-
ata quia ex talibus causatur demonstratio, cum in traditione
huius artis possit formari quedam ratio et quidam syllogismus ut
dicatur. Quicumque syllogismus constat ex primis veris propriis
et immediatis est demonstratio et est syllogismus faciens scire.
syllogismus traditus in hoc libro posteriorum est huiusmodi, ergo et cetera.
Dubitaret forte aliquis utrum iste syllogismus qui potest formari q°
in tradendo artem demonstrandi sit demonstratio vel sit syllogismus
topicus vel quis syllogismus debeat nominari. Non autem dico possibile
quod hic syllogismus factus sit syllogismus simpliciter de quo determina-
tur in libro priorum cum applicatus sit ad aliquid speciale. Nec
etiam dico possibile quod sit syllogismus topicus quia hic syllogismus non est necessarius
sed est ut in pluribus. syllogismus autem sic factus est necessarius
quia de necessitate arguit hic rationem factam demonstrationum
esse. non etiam dico possibile quod sit sophisma quia tunc peccaret
in forma et non concluderet. relinquitur ergo quod sit demonstratio. ergo
tradens artem demonstrandi demonstrat. Dicendum quod sicut
communiter logicus potest considerari dupliciter vel ut docens vel ut
utens. Si consideratur ut docens sic est quidam ar-
tifex specialis et est de speciali aliquo quod est de acti-
bus rationis vel de hiis que per huiusmodi actus constituuntur. licet ergo
non tradit artem syllogizandi determinans de syllogismo qui

sillogismus ad rationem primam et per actum rationis constituitur; sed
et modo tradit artem demonstrandi. Nam per demonstrationem
arguere primam ad rationem et artificialiter, ideo est hec
ars tradita. Cum ergo tradendo talem artem logica aliquas
rationes format, sed in quantum huiusmodi sunt ille rationes dicuntur propter quod si-
cut logica proprie non est scientia sed modus sciendi, sic il-
le rationes non proprie sunt demonstrationes, sed docent modum
demonstrandi constituendique. Ergo logica considerata ut do-
cens et constituens sic propter quod hec faciat necessarias rationes,
quod non omnis necessaria ideo est demonstratio, sed illa que pro-
cedit ex propriis principiis disciplinis et que ad ge-
nerat in nobis scientiam. Rationes quas tradit logicus
sunt ut est docens et ut tradit artem demonstran-
di et sillogizandi, tamen quod hee rationes procedunt ex quibusdam
communibus tamen et quod non adgenerant in nobis scientiam sed
modum sciendi, demonstrationes dici non debeat nisi forte ac-
ciperetur large demonstratio pro omni necessaria ratione, secundum quem
modum loquendi et metaphysicus demonstrat quod multas
et fallibiles rationes facit. Proprie ergo loquendo artifi-
ces speciales demonstrant quod illi procedunt ex propriis
alicuius specialis discipline. Artifices vero communes non
proprie demonstrant nisi accipiatur demonstratio large pro
omni necessaria ratione, sive procedat ex communibus sive ex propriis,
sive adgeneret scientiam sive modum sciendi. Patet ergo quod
rationes logice ut tradit artem demonstrandi et sillogizandi
non sunt demonstrationes, sed possunt aliquo modo ad demon-
strationem reduci sicut modus sciendi reduci-
tur ad scientiam. Et si logicus non demonstrat ut est
docens, multo magis non demonstrat ut est utens,
quia propter quod hec non utitur sillogismo demonstrativo sed topico.
Cum ergo arguit quales rationes sunt ille fortiter po-
sunt ex eo quod logica tradit artem demonstrandi et ex
eo quod est docens patet. Quia si non sint sillogismi simpliciter
quod sunt applicate ad materiam aliquam, et si non sint
rationes topice quod de necessitate concludunt, et si non sunt
sophismata quia tunc fallerent, non tamen sunt demonstra-
tiones proprie, tamen ad demonstrationem reducuntur sicut
modus sciendi reducitur ad scientiam, et possunt appli-
cari demonstrationes large modo quo demonstratio est //

xvj. Videtur autem cum logica possit considerari ut est do-
cens et ut est utens et utroque modo rationes formet,
dubitatur forte alicui utrum idem adgeneret in nobis
per rationes factas a logico ut est docens et ut
est utens // Dicendum quod logica est de actibus rationis
applicabilibus ad res; propter quod ergo logica determinat
de ipsis actibus rationis vel de hiis que per hec actus
constituuntur et probat de eis debitas passiones
et debita principia, dicitur esse docens. Sic tamen se habens non
proprie dicitur demonstrare, tamen quod procedit ex quibusdam com-
munibus tamen et quod non adgenerat scientiam sed modum sciendi. Sed prout
hos rationis actus applicat ad aliquas res et facit
sillogismum de aliis rebus, dicitur esse utens. Cum ergo queritur
utrum idem adgeneret per rationes logicas ut est utens
et ut est docens, dicendum quod non. Nam sicut geo- xvij
metria docet geometriam et arismetica arismeti-
cam, sic logica ut est docens docet logicam, et
quia logica non est scientia sed modus sciendi, ideo logicus
ut est docens adgenerat in nobis per rationes suas non
scientiam sed modum sciendi. Ut autem est utens quia ut hec
est proprie dialectica et est sillogismus topicus ex quo ad-
generatur opinio, sed considerate per rationes quas facit non
adgenerat in nobis proprie scientiam nec modum sciendi sed opinio-
nem. Dicamus ergo quod per rationes factas aliud adgeneratur in
nobis: sapientia / aliud scientia / aliud modus sciendi / aliud opinio /
aliud fides / aliud suspicio / aliud deceptio / aliud ig-
norancia / Differt autem sapientia a scientia et a modo sciendi,
quia sapientia est per causas altissimas et per causas altas prout pro-
cedit metaphysicus. Scientia vero per causas inferiores et proprias
prout procedunt alii artifices. Modus autem sciendi
non est de ipsis rebus sed magis est de actibus rationis
per quos esse res scimus. Opinio autem differt a fide
et suspicione, quia suspicio est infra fidem, fi-
des infra opinionem. Ideo cum ea per que manuduci-
mur ad assenciendum alicui sunt quedam representaciones quedam
methaphorice, prout procedit ars poetica, dicitur
solum adgenerare suspicionem. Sed si ille persua-
siones sunt validiores, prout procedit ars rethorica que
validius arguit quam ars poetica, dum persuasi-
ones ille adgenerare quandam credulitatem
et quandam fidem, ita quod per fidem quam adgenerant ratio-
nes rethorice firmius adheremus quam per suspicionem
quam adgenerant manuductiones poetice. Rationes autem
si tamen probabiles sicut adhuc rationes validiores
quam rethorice et poetice sunt rationes dialectice adgener-
abunt opinionem, que est forcior et validior quam
fides rethorica et suspicio poetica. Deceptio autem
differt ab ignorancia, quia utrumque deficit a scientia dicitur
ignorancia, sed deficit cum latencia dicitur deceptio.
Ideo proprie fallere dicitur decipere, que fallacia cum non
existencie habet causam apparentie habet, id est fallacia sit
latencia cum defectu. Hiis visis dicamus quod ratio-
nes methaphisicales que sunt per causas altas et per causas
altissimas adgenerant sapientiam, demonstrationes vero que
sunt per causas proprias adgenerant scientiam, rationes autem
logicales ut est logica docens adgenerant modum
sciendi, rationes autem logicales ut est utens non ad-

generant modo sciendi sed opinionem vel credulitatem ad generandam fidem. vel suspicionem. fallacie deceptionem. falsigraphus autem qui procedit ex propriis disciplinae male et tentativus et syllogismus ignorantiae qui procedit ex oppositis principiorum ad generandam ignorantiam.

q. xvij ¶ Quaeritur autem cum syllogismus topicus sit syllogismus applicatus ad res et syllogismus demonstrativus sit applicatus ad res cum logica ut est docens sit de ipsis actibus rationis secundum se ut est utens sit de actibus rationis applicatis ad res. dubitatur forte quare dialectica ut est utens et ut applicat actus rationis ad res utitur syllogismo potius topico quam demonstratio. ¶ Dicendum quod quibus in omnibus hominibus arguit per quaedam communia. Sed communia sunt quasi locus ianuae in domo quae sunt pervia cuilibet in omnibus huiusmodi arguere tamen ex propriis non est cuilibet sed scientis et ex communia sic se tenent ex parte rationis cum ea unum fecerit et intellectus et ideo propter quod huiusmodi ad eundem ad quem spectat determinare de aliquo spectat determinare de eius annexo cum communia sic sint annexa rationi ad eundem artificem ut ad dialecticum ad quem spectat determinare de actibus rationis spectat per quaedam communia arguere ad ea quae sunt cuiuslibet disciplinae. quod ergo omnes huiusmodi in omni .i. omnes homines faciunt sine arte. hoc dialecticus qui est artifex id facit cum principio artis. unde et philosophus ait in primo elenchorum quod omnes sine arte participant eo cuius artifex est dialecticus. cum ergo omnes arguant et omnes per quaedam communia ad quaelibet propositum faciunt rationes dialecticus est habens artem de modis arguendi ut est docens et eius per quaedam communia est applicare modos arguendi ad quaelibet propositum ut est necesse procedere autem ex propriis non est dialectici quia propria non se tenent ex parte rationis et ideo ea non docet scilicet artifex rationalis quia etiam propria maxime erat id non praesumit ex scientiam regulet. Cum ergo quaeritur quare dialecticus ut est utens et ut applicat actus rationis ad res magis utitur syllogismo topico quam demonstratio patet quod cum communia sint ex parte rationis magis quam propria et cum artifex rationalis magis sit ex communibus procedere quam ex propriis organum logica ut est utens non erit syllogismus demonstrativus qui procedit ex propriis sed topicus qui procedit ex communibus logicus ergo ut est docens docet logicam quae non est scientia sed modus sciendi. ergo ut est docens non ad generat scientiam sed modum sciendi ut est utens ad generat opinionem id non sic proprie loquendo utitur demonstratione quia demonstratio proprie sumpta non ad generat modum sciendi nec opinionem sed scientiam. His visis ad expositionem litterae accedamus

Omnis doctrina et omnis disciplina etc. ¶ Secundum modum communem exponendi hunc librum huic operi non praemittit prohoemium speciale. Communiter dicitur quod philosophus per ea quae dixit in primo libro priorum prohoemizavit non solum quantum ad librum priorum sed etiam quantum ad librum posteriorum. dixerat enim in principio illius libri quod primum oportebat dicere de quo erat intentio quia de demonstratione. deinde determinandum erat quid esset syllogismus et quis perfectus et quis imperfectus. Per hoc ergo quod dixit quod demonstrandum [?] erat de demonstratione prohoemizavit ad librum posteriorum. per hoc vero quod subdit quod determinandum est quid sit syllogismus et quis perfectus et quis imperfectus prohoemizavit ad librum priorum. unde concedunt quod hic liber non eget prohoemio sed totum quod hic dicitur pertinet ad partem executivam. sed hoc non videtur sufficere. Nam secundum philosophum in 3o rhetoricorum prohoemium est quaedam praeparatio ad sequentia. sed non obstante quod dicta sit quaedam praeparatio ad specialia et unum speciale est praeparatio ad aliud speciale. Non ergo obstante quod in libro priorum quandam generaliter fecit praeparationem quantum ad hunc librum. dicendum quod quando volebat de demonstratione tractare et in hoc libro facit quandam praeparationem specialem et quandam specialem prohoemium ad ea de quibus est executurus. Immo si bene consideramus quod dicitur in libro priorum magis est continuatio ad dicta quam sit prohoemium valde enim esset insufficiens prohoemium huius libri dicere quod intentio sua est circa demonstrationem et disciplinam demonstrativam. Si ergo volumus philosophum de insufficientia reprehendere propter id quod dixit in libro priorum tamquam non prohoemizavit. sed magis se continuavit ad hunc librum dicere cogimur quod huic libro praemittit speciale prohoemium in quo facit specialem praeparationem et specialem manuductionem ad sequentia et ad ea de quibus est executurus. ergo iste liber sicut et alii libri dividitur in duas partes. scilicet in prohoemium et tractatum. Secunda ibi. Scire autem opinamur unumquodque. ¶ Ad evidentiam autem praedictorum sciendum quod ut antea dicebatur prohoemium est quaedam praeparatio ad sequentia. Nam ut dicitur in 3o rhetoricorum componitur locum facere in via futurae orationi. Nam sicut oportet praeparare materiam ad susceptionem formae ita oportet praeparare animam ad susceptionem doctrinae et maxime hoc intellectus est cum anima est indisposita. Duae dispositiones contrarias ad doctrinam illam. cum ergo tota intentio eius quod intendit in hoc libro sit determinare de syllogismo demonstrativo per quem acquiritur scientiam. duo sunt quae ad hoc nos potissime indisponunt. dicta Heracliti et Platonis. voluit enim Heraclitus ut habetur in 4o metaphysicorum.

quod non contingeret scire. Hec autem opinio dicitur fuisse achademici. Plato autem voluit quod contingeret addiscere. Sed hec scientia non acquirebatur in nobis per sillogismum demonstrativum, sed erat nobis in presentia ab ydeis sive a formis separatis. Fluebant enim ydee secundum Platonem ad duo: ad scientiam et ad generationem. Ab illis enim ydeis et ab illis formis separatis derivabantur forme in materia sensibili et influebant species in animam nostram. Prout igitur ab illis ydeis fiebant forme in materia, fiebant ad generationem; sed prout causabant species in anima nostra, fiebant ad scientiam. Anima igitur secundum Platonem in sui creatione erat plena speciebus quas influebant in eam forme separate; propter corpus tamen sopiebatur(?) et excitabatur ad sciendum per illas species. Necessarium igitur dicere secundum Platonem erat quod addiscere reminisci. Quecumque igitur harum opinionum (quod scire nostrum) vera esset, frustra esset doctrina huius libri. Nam si non contingeret scire ut ponebat Eraclitus, vel si scientia non acquireretur in nobis per sillogismum demonstrativum sed per influentiam ydearum ut dicebat Plato, superfluum esset tradere notitiam de demonstratione tamquam de sillogismo faciente scire. Sic igitur si materia esset indisposita ad formam, oporteret illas indispositiones tollere ut forma induceretur. Sic si anima propter dicta Platonis et Eracliti est indisposita ad susceptionem huius doctrine, oportet prius indispositiones illas tollere quam tractetur de hac doctrina. Sciendum tamen diligenter notandum quod sicut in materia quantum ad inductionem forme non sufficit removere indispositiones oppositas nisi inducantur in ea dispositiones proprie, sic si bene volumus prohemizare et facere bonam preparationem ad susceptionem doctrine sequentis, non sufficit ab anima removere dispositiones oppositas nisi inducamus in ea dispositiones proprias. Duo igitur facit philosophus primo in hoc prohemio: quia primo inducit in anima dispositiones proprias, ostendens quomodo per sillogismum demonstrativum contingit scire; secundo removet indispositiones oppositas, ostendens quod nec omnino est quod non discamus ut dicebat Eraclitus, nec omnino est quod nostrum discere sit reminisci ut dicebat Plato. Secunda ibi: an autem quomodo sit induc.

Ad evidentiam autem prime partis sciendum quod tota causa quare necessarium est de demonstratione tractare est quia nos intelligimus cum discursu, in nostra scientia sit ex preexistenti cognitione, ita quod ex cognitione unius devenimus in cognitionem alterius, et hoc est quoddam discurrere et quoddam sillogizare. Quia si nos intelligimus cum discursu et volumus hoc modo scientiam acquirere, necessarius est nobis ille discursus qui facit scire. Hic autem est sillogismus demonstrativus. Nam per sillogismum demonstrativum sicut per alios sillogismos discurrimus a premissis ad conclusionem. Sed hoc habet speciale hic discursus et hic sillogismus, quia per hunc discursum et per hunc sillogismum acquiritur in nobis scientia,

sed per alios sillogismos et per alias ratiocinationes et per alios discursus acquiritur in nobis opinio vel aliquid aliud ut inferius habitis dicetur. Possumus igitur sic formare rationem: quicumque intelligendo et acquirendo scientiam discurrit et addiscit ex preexistenti cognitione, ille intelligendo et acquirendo scientiam indiget sillogismo demonstrativo, vel quod idem est [illegible] discursu faciente scire. Sed hic est intellectus noster, igitur etc. Tota igitur causa quare necessarium est tradere scientiam de sillogismo demonstrativo qui est faciens scire est quia nullam acquirimus scientiam, nec est aliqua doctrina nec aliqua disciplina que non requirat ex preexistenti cognitione, vel quod idem est, quia non acquirimus nisi cum quodam discursu scientiam procedendo ex cognitione unius ad cognitionem alterius, quod discurrere est. Igitur cum nihil ita disponat animam nostram nec reddat nos ita avidos ad volendum habere scientiam de demonstratione sicut si sciverimus quanta sit necessitas sillogismi demonstrativi ad acquirendam scientiam, cum hec necessitas ex hoc sumat ortum quia intelligimus cum discursu et quia nostra doctrina et nostra disciplina ex preexistenti fit cognitione, ideo philosophus volens disponere animam nostram et volens nos reddere avidos ad volendum scire doctrinam contentam in hoc libro, declarat quod omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fit cognitione. Duo igitur facit in prima parte huius prohemii: quia primo proponit et declarat hanc propositionem quod omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fit cognitione; secundo ad maiorem manifestationem propositi declarat que sint ille preexistentes cognitiones que sunt necessarie ad scientiam acquirendam, ibi: Dupliciter autem necessarium est cognoscere. Circa primam partem duo facit, quia primo proponit propositionem tamquam universaliter manifestatam; secundo declarat quod dixerat, ibi: Mathematice enim scientie. Dicit igitur quod omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex preexistenti fit cognitione. Manifestum est autem hoc speculantibus in omnibus, quasi diceret quod hec propositio apposita est universaliter manifesta et quod manifestum est speculantibus in omnibus scientiis quod omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva fiat ex preexistenti cognitione.

Dubitaret forte aliquis quomodo ex hac propositione habetur quod ad acquirendam scientiam necessarium sit tradere artem de sillogismo demonstrativo. Dicendum quod quicumque intellectus intelligit et addiscit ex preexistenti cognitione, suum intelligere est cum discursu. Omnis autem discursus et omnis ratiocinatio reducitur ad sillogismum sicut imperfectum ad perfectum. Igitur in acquisitione scientie indigemus sillogismo. Sed cum non omnis sillogismus acquirat scientiam sed solum sillogismus demonstrativus, sequitur quod in acquisitione scientie indigeamus sillogismo demonstrativo. Viso igitur recapitulantes dicemus quod si omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva fit ex preexistenti cognitione et quia ex cognitione unius proceditur in cognitionem alterius, simul processus est arguendi et inducendi. Omnis doctrina et omnis disciplina acquiratur arguendo et inducendo. Sed cum scientia

dicat doctrina et disciplina non quelibet sed doctrina et disciplina perfectam, quia si omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva fit ex preexistenti cognitione et acquiritur arguendo et docendo, quod scientia que dicitur doctrina et disciplina perfectam acquiratur per viam argumentationis et doctrinationis. Quare cum sillogismus sit perfecta argumentatio et etiam sillogismus demonstrativus sillogismus habeat rationem perfectionis, scientia que per talem doctrinam et disciplinam nominatur ex sillogismo demonstrativo acquiretur. Ex propositione ergo premissa quod omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fit cognitione manifeste concluditur quod sillogismus demonstrativus est necessarius in acquisitione scientie, et quia non faciat ita audiendo nisi ita nos disponat ut velimus studere circa artem demonstrandi. Scire quod omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex preexistenti fit cognitione, ideo philosophus volens facere quandam preparationem ad doctrinam sequentem et volens disponere animam nostram ad susceptionem doctrine sequentis premisit hanc propositionem quod omnis doctrina et omnis disciplina etc.

so. xviij. ¶ Ulterius autem forte dubitaret aliquis quo omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva ex preexistenti fit cognitione. ¶ Dicendum quod omnis cognitio intellectiva vel est conclusionum vel est principiorum. Conclusiones autem precognoscuntur per principia, principia autem precognoscuntur via sensus memorie et experientie. Cognitio ergo conclusionum presupponit cognitionem principiorum; cognitio autem principiorum presupponit cognitionem sensus, memorie et experientie. Non ergo aliter philosophus quod omnis cognitio ex preexistenti fiat cognitione, quia tunc esset abire in infinitum, et esset hec propositio manifeste falsa, quia sic staret [?] ferret in suum oppositum. Sic ergo loquendo cognitio scientifica non fit ex preexistenti cognitione; patet ergo quod omnis cognitio intellectiva sive sit conclusionum sive principiorum cognitionem aliam aliquam presupponit.

df ¶ Verbi tamen diligenter notandum quod licet de omni cognitione intellectiva habeat veritatem quod fit ex preexistenti cognitione, philosophus tamen hanc propositionem non assumit nisi propter cognitionem conclusionum que presupponit cognitionem premissarum, et per cognitionem conclusionis ex premissis.

q°. ¶ Nam et rationes sive exempla que adducit ad probandum intentum solum de cognitione conclusionum arguunt.

so. xix. ¶ Ulterius autem dubitaret forte aliquis utrum propositio proposita habeat veritatem non solum in scientia que est habita addiscendo sed etiam in ea que est habita inveniendo. ¶ Dicendum quod aliqui antiqui fuerunt asserere propositionem suprapositam solum veritatem habere in hiis que quis novit addiscendo, non autem in hiis que quis novit inveniendo, quod dicitur [?] post expositionem assumpta, quia philosophus hic loquitur de disciplina et doctrina. Doctrina autem et disciplina videntur nominare scientiam prout est addiscendo acquisita, non autem prout est per inventionem habita. Rursus ad hoc idem adducit quod philosophus in propositionibus autem vult enim quod precognoscendum est tam de subiecto quam de passione quod est quod dicitur principium in scientia autem inventa non oportet presupponere de precognitione nominum, quia illa non habent per sermonem; relinquitur ergo intelligendam esse propositionem assumptam solum de scientia quam quis novit addiscendo, non autem de ea quam quis novit inveniendo.

¶ Notandum ergo quod de utraque scientia veritatem habet quod dicitur; debemus enim ymaginari quod precognitio que requiritur in sciendo ad scientiam est quasi via, ipsa autem res scita per precognitionem illam scilicet quasi terminus. Ergo si aliquis inveniret aliquam viam eundi ad aliquem locum et vellet alios ad illum locum perducere, oporteret quod per illam viam per quam duxit se ipsum duceret alios, aliter possent errare; per illam ergo eandem viam per quam inveniens ducit se ipsum ad cognitionem aliorum cognoscibilium oportet quod ducatur et discens, quia si discens ducitur ex preexistenti cognitione et inveniens huiusmodi aliquam precognitionem ex qua venatus est conclusionem intentam. Dicamus ergo quod doctrina et disciplina sic differunt, quia doctrina est facere alium cognoscere, disciplina autem cognitionem ab alio accipere. Inveniens ergo scientiam non addiscit ab alio, potest tamen alium docere; ei ergo potest competere doctrina non disciplina, sed habens scientiam non inveniendo sed addiscendo. Hec ergo verba quod omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva significative accipienda sunt, ut dicamus quod doctrina referenda sit ad notitiam habitam inveniendo, quia si sic sciens alium docere potuit, disciplina vero referenda sit ad notitiam habitam addiscendo, quia si sic sciens ab alio scientiam sic accepit. Quod vero dicitur intellectiva additum est ad differentiam cognitionis sensitive, que non oportet ex preexistenti cognitione originem sumere. Ille enim qui ex admiratione incepit philosophari et admiratus de eclipsi incepit investigare causam eclipsis et habere scientiam eius, nisi huiusmodi precognitionem eclipsis non investigasset causam eius. Omnis ergo notitia intellectiva sive sit habita inveniendo ut possit eam alium docere et dicatur doctrina, sive sit habita addiscendo ut sit ab alio accepta et dicatur disciplina, dum tamen sit intellectiva ex preexistenti fit cognitione. Et quia ut postea patebit ex eo quod in scientia nostra est precognitio arguitur necessitas sillogismi demonstrativi, philosophus assumens hanc propositionem quod omnis doctrina etc. declaravit quanta sit necessitas huius doctrine et quam necessaria sit ars demonstrandi. Ad rationem autem in contrarium satis in sequenti lectione solvetur.

¶ Deinde cum dicit *manifestum*, declarat quod dixit. Dixerat enim quod hec propositio omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fiat cognitione manifesta erit speculantibus in omnes artes; ideo declarat quomodo in omnes artes procedunt arguendo. Cum ergo quis aliquid arguit aliquid premittit et aliquid concludit. Sed omnes artes procedunt arguendo; omnes procedunt ex preexistenti cognitione, quia omnis ex precognitione est, quod premittitur quod precedit cognitionem eius quod concluditur. ¶ Deinde cum dicit secundum quod omnis

4°
ei
nem

artes speculative vel sunt reales ut inventum est supra, vel
sunt rationales et dictum modi sciendi. Rationales scientie ra-
tionales que ad presens spectant due sunt: dyalectica et ret-
horica. Philosophus ergo volens ostendere hec tribus hic dicit quod
omnes artes procedunt arguendo et quod ex preexistenti cognitione
noticiam faciunt, et hoc facit quia primo probat hoc in
mathematicis et aliis realibus scientiis, secundo probat hoc
in orationibus dyalecticis, tertio in rethoricis. Secunda ibi Similiter au-
tem orationes. Tertia vel Similiter autem et rethorice. Continuatur
autem sic. Bene dico quod omnis doctrina et omnis discipli-
na intellectiva ex preexistenti fit cognitione et bene et dico
quod manifestum est hoc speculantibus in omnibus scientiis quia mathematice
omnium scientiarum per hunc modum sunt quia semper arguunt ex pre-
existenti cognitione ut ex precognitione premissarum procedunt
in cognitionem conclusionis et unaquaque aliarum artium similiter per
hunc modum procedit. Notandum autem quod artium quedam sunt
practice ut fabricativa fabri vel sutoria et cetera. Alie
quedam autem speculative ut mathematica vel methaphisica. Iste
enim est triplex modus consideratio phisice ut dicitur vi metaphisice,
videlicet ut in mathematicis et divinis. Cum ergo philosophus dicit
quod mathematice et unaquaque aliarum artium per hunc modum fiunt
potest hoc referri solum ad scientias speculativas ut sit
sensus quod mathematice et unaquaque aliarum artium speculativarum
per hunc modum fiunt quia procedunt arguendo et noticiam
faciunt ex preexistenti cognitione. Alio modo potest exponi de artibus
mechanicis ut sit sensus quod mechanice scientie, id est scientie
speculative et unaquaque aliarum artium practicarum per
hunc modum sunt quia procedunt ex preexistenti cognitione. Nam
Themistius exponit non solum artes speculative
sed et practice et mechanice ex preexistenti fiunt cognitione quia
non est possibile ut ipse ait aliquem addiscere artem cemen-
tariam a magistro suo nisi prius cognoscat murum et
lapides. Omnia ergo hec ex preexistenti cognitione fiunt. Dubi-
taret forte aliquis de hac probatione philosophi et videtur enim quod per
alias scientias probare propositionem que hic assumit in
arte logica. Sunt ergo alie scientie regula loci cuius
contrarium ipse apponit in primo topicorum dicens hec esse
principium et maxime quietens dyalectice quod ad omnium me-
thodorum principia viam habet. Dicendum quod presuppositis nisi(?) in
scientiis quod intelligimus cum discimus et acceptamus scientiam
arguendo dyalectica que docet artem arguendi erit regula
et iuvamentum ad alias scientias tamen in eodem ... vel a po-
steriori et inductive vel inducendo in aliis artibus po-
sunt esse alie artes in iuvamentum logice ut cum logicus
aliquam propositionem accipit ex ... vel inductive iuva-
ri possumus ad cognitionem propositionis illius quam si talis
scientie dicimus(?) sic esse. Philosophus ergo proponens hanc propositionem
quod omnis doctrina et cetera ostendit eam veram esse per id quod vide-
mus in talibus artibus declarans quod iste artes procedunt
hoc modo et que inductive et appositione declarat in-
tentum. Non ergo ex hoc habetur quod per alias scientias logi-
ca reguletur. Deinde cum dicit Similiter autem et ce-
orationes manifestat hec idem in orationibus dyalecticis dicens quod
similiter autem fit noticia et procedere arguendo et ex
preexistenti cognitione esse orationes, id est esse processus dyalecticales que
sunt per sillogismos et que sunt per inductionem, utrique enim,
id est omnes orationes dyalectice tam ille que sunt per sillogismos
quam et ille que sunt per inductionem doctrinam faci-
unt per prius nota, id est ex preexistenti cognitione et subdit ex-
ponens: quidem, id est orationes sillogistice sunt accipientes tam-
quam a notis intellectu. Ille vero, id est orationes inductive
sunt demonstrantes universale per id singulare quod manifestum est sen-
sui. Notandum autem quod cum quatuor sint species ar-
gumentationum: sillogismus, inductio, enthimema et
exemplum, sillogismus et inductio efficaciores sunt esse et con-
prehendere(?) quia enthimema est quedam diminutus sillogismus et
exemplum est quedam diminuta inductio. Notandum et
quod cum rethorica sit assecutiva dyalectice et per omnia sit
quedam grossa dyalectica organa rethorice et instrumen-
ta eius per que arguit debent esse quedam modi
arguendi grossi. Organa vero dyalectice debent esse
modi arguendi efficaciores et subtiliores. Modi
ergo arguendi per quos dyalectica arguit sunt sillogismus et
inductio. Rethorice vero sunt exemplum et enthimema. Philosophus ergo
volens orationes dyalecticales procedere ex preexistenti cognitione ostendit
hoc in sillogismis et inductionibus eo quod his modis dyalectica
arguat et illa sunt instrumenta dyalectice. Notandum et quod
utrique ad presuppositionem ... probat procedit ex preexistenti
cognitione et ex prius noto ut ex noticia eius quod presup-
ponit tradit noticiam eius quod concludit et quia sillogismus
presupponit premissas vel presupponit aliquam propositionem
universalem notam intellectui. Inductio autem presuppo-
nit singularia nota sensui. Tam sillogismus quam
inductio procedit a prius notis et a preexistenti cognitione
sed sillogismus procedit a premissis que supponuntur esse
note intellectui unde procedit a notis secundum intellectum.
Inductio vero concludit universale, id est propositionem universalem que per
ea sensibilia quod est manifestum sensui ut si notum sit sensui
quod Sortes currit, Plato currit, et sic de singulis
concluderetur per inductionem hanc propositionem universalem quod omnis homo currit.
Deinde cum dicit Similiter autem et rethorice probat hec idem
in orationibus rethoricis. Intendit autem talem rationem: orationes
dyalectice procedunt ex preexistenti cognitione quia arguunt per
sillogismum vel per inductionem, cum ergo rethorica arguat per
enthimema et exemplum, et cum enthimema sit quedam sillogismus et exemplum
sit quedam inductio, rethorica fiet ex preexistenti cognitione.

hoc est quod dicit quod sillogismi aut rethorici supponunt ex
precognitis cognitionem qui persuadent scilicet aut per exemplum quod
est in inductione aut per entimema quod est pro sillogismo.
Modo autem quod hec propositio omnis doctrina etc. veritatem
habet non solum in scientiis sed in modis sciendi quia scientie ma-
thematice que sunt scientie et dyalectica et rethorica que sunt
modi sciendi hoc modo procedunt. Modo quod predictam
propositionem non solum veritatem habet in hiis que concludunt
necessarie et ad generant scientiam ut in mathematicis sed etiam
veritatem habet in hiis que arguunt probabiliter et generant
opinionem in dyalectica et in hiis que persuadent et generant
q° xvi fidem ut in rethorica. Dubitaretur forte aliquis quomodo
exemplum est in inductione. Dico quod in inductione accipit omnia par-
ticularia ut Sortes et Plato et sic de singulis ergo omnis homo
sed exemplum eo quod sit organum rethoris et fiat de acti-
bus humanis et de materia morali que propter certitudinem
non potest accipere omnia singularia sed aut ex uno
singulari concludit aliquid simile aut non ex omnibus sed
ex multis singularibus concluditur aliquid simile ut patet in primo
rethorice ut puta si aliquis sit petens municiones in
aliqua civitate et quis velit probare per exemplum quod il-
le tyrannizabit dicet Dionisius in Syracusa pe-
tiuit municiones et tyrannizauit ergo et cetera et patet
quod iste petens municiones tyrannizabit. Vel
et si habemus multa singularia efficacius esset ar-
guendo per exemplum ut si arguerem sic Dionisius petens
municiones in tali civitate tyrannizauit alius in
alibi sic fecit et alius alibi hoc idem egit ergo ex
omnibus illorum patet quod iste petens municiones tyrannu-
zabit cum ergo per exemplum semper concludatur aliquid de aliquo par-
ticulari in proposito est quod in uno argumento per exemplum accipiantur
omnia particularia tamen quia est circa certitudinem moralem et actus hu-
mani non cadunt sub una regula et non potest ibi acci-
pi propositio universalis tamen in quorum tantum per exemplum non potest ipsum
sillogismum particulare de quo debet concludi ut si vis probare
per exemplum quod Sortes accipiens municiones tyran-
nizabit non accipies hoc simile Sortes quia tunc probares idem
per idem sed accipies singularia alia in uno ergo et
in premissis non possunt accipi singularia omnia sed in
multis exemplis possent omnia accipi et quia in inductione pro-
cedit ex omnibus singularibus unum exemplum simile non est in
inductione sed exempla plurium in inductione esse possunt secundum philoso-
q° xxii logicos de exemplis plurium aliter quod rethor procedit per exempla quod
est in inductione. Ulterius autem forte dubitaret
aliquis quomodo entimema pro est sillogismo. Dico quod non est per
se differentia inter entimema et sillogismum quia entimema procedat
ex una propositione plana et ex alia reservata in mente
sillogismus non procedat ex duabus propositionibus planis ut sim-
pliciter nobis dicatur entimema quasi in mente quia al-
teram propositionem reservat in mente sed communiter differentia inter en-
timema et sillogismum sumitur quia rethor magis descendit in
scientias morales ideo entimema quod est instrumentum rethoris magis
est applicabile ad materiam moralem et grossam dyalec-
ticus magis descendit in scientias speculativas ideo sillogismus quod
est instrumentum et organum dyalectici est magis applicabi-
lis ad materias speculativas et subtiles. Secundum ergo rethori-
cam presupponitur esse auditor totus populus quia actus morales
et agibilia sunt toti populo exponenda et quia totus
populus est quasi grossus auditor secundum rethoricam in
illo esse grossus ut dicitur in primo rethorice et quia grossus audi-
tor non in principio conspicit multa sic unum ideo in rethorica
convenientius arguitur ex una premissa quam ex pluribus secundum i-
llius ergo differentia inter entimema et sillogismum sumitur ex materia ad quam
applicatur ut quia entimema est applicabile ad materiam mor-
alem et grossam sillogismus vero ad speculativam et sub-
tilem sed ex hac differentia sequitur alia quod sillogismus fit in pluri-
bus premissis entimema vero propter auditorem grossum
convenientius sit ex una premissa plana et ex
alia reservata in mente. Hoc viso dicamus
quod propter grossitiem auditoris entimema non solum pro-
cedit ex una propositione sed etiam procedit ex particulari ad particulare
ut si aliquis in populo entimematice arguerit iste vicit olimpia
ergo iste coronabatur. Constat autem quod multa talia
entimemata valent unum universalem sillogismum ut puta si
sic arguerem quilibet vicit agonem coronabilem debet co-
ronari sed omnis vincens olimpia vicit agonem
coronabilem ergo omnis talis debet coronari iste autem
sillogismus constituitur ex multis entimematibus ut ex hiis Plato
vicit olimpia ergo debet coronari Martinus vicit
olimpia ergo debet coronari et ex aliis consimilibus en-
timematibus fiet unus universalis sillogismus ideo ergo ad maiorem
propositionem quam reservat in mente ut quod omnis vincens
agonem coronabilem debet coronari concordant entimemata
et sillogismus sed quantum ad minorem propositionem quia entimema est circa
hanc materiam grossam sensibilem et particularem cum
multa particularia faciant unum universale sic multa
exempla possunt esse una universalis inductio sic multa entimemata
possunt simul esse unus universalis sillogismus. Vel possumus ali-
ter respondere quod cum littera nostra habeat entimema quod est pro
sillogismo forte est littera corrupta nam alia
littera habet quod quedam est sillogismus que est littera plana
ut dicamus quod entimema est sillogismus quidam id est sillogismus
diminutus ut exponit Themistius corruptio autem
huius forte ex hoc contingit quod tillatio forte in exempla-
ri cum debet ibi esse quedam invenit quedam et loco de
quedam constituit pro et dixit quod pro est sillogismus autem

II I

debet dicere quod quedam est sillogismus quod utrumque tamen di
catur. patet quia est sillogismus calumnia. Eulti forte
te dubitaverit quod ut de emptime possit se
continere logicus vel utrum non. quia si de emptime po
ssit tractare logicus cum eque plurat rethor quod de
arte demonstrandi possit se intromittere rethor
eo quod utatur logicus cuius oppositum supra dicebatur

In contrarium est quia philosophus in hoc libro rethor de
clarat de emptime et exemplo cum quod liber rethor pertineat
ad logicam de talibus poterit tractare logicus. Eod
quod logicus declarat de sillogismo et inductione tamen de hiis
est que per se pertinent de emptime vel exemplo determinat
tamen de hiis que sunt quedam defectus eorum. Nam
exemplum est quedam defectiva inductio et emptima quedam
defectivus sillogismus. Nam defectus ad suam perfectionem
reducuntur sic quod rectum est iudex sui et obliqui
et determinans de recto potest determinare de ob
liquo et de omni eo quod a recto deficit sic logicus
determinans de inductione et sillogismo et potest determinare
de exemplo et emptime prout ab illis deficiunt. Itaque de
exemplo et emptime determinabit rethoricus per se logicus
vel determinabit de hiis prout sunt quedam defectus in
ductionis et sillogismi. Et quod quod est per se est potius eo
quod est per aliud nisi to plura potest determinare et declarare
rethor de exemplo et emptime quam faciat logicus. rethor enim
non potest se continere de arte sillogizandi et demonstrandi
quia tunc elevaret se supra se et ageret ultra suam spe
ciem. logicus potest determinare de emptime et exemplo quia hoc facien
do non transgreditur limites suos cum non declaret de hiis
per se sed prout sunt defectus sillogismi et inductionis.

Dupliciter autem necessarium est prognoscere et cetera. Postquam philosophus prenisit hanc propositionem quod omnis doctrina et omnis disciplina ex preexistenti fit cognitione. In parte
ista declarat que sunt precognita illa. Et dicit quod
quod in omni conclusione demonstrativa probatur aliqua passio
de aliquo subiecto per aliquam propositionem. Igitur est ibi considerare passionem que probatur et subiectum de quo probatur
et propositionem per quam probatur et rursus propositionem per quam probatur
aliqua passio de subiecto vel per quam concluditur que quidem con
clusio sunt in duplici genere quia quedam sunt extrinseca
et non ingrediuntur sillogismum secundum substantiam sed secundum virtutem
ut dignitates. Quedam autem sunt intrinseca et secundum substantiam ingre
diuntur demonstrationem et sillogismum ut premisse. Philosophus ergo
volens determinare de precognitionibus duo facit quia
primo declarat de precognitionibus quantum ad subiectum et passionem
et tamen ad dignitates que est principium extrinsecum et non

secundum
ingreditur demonstrationem secundum substantiam sed secundum virtutem. Secundo
declarat de precognitionibus quantum ad premissas que secundum substantiam
ingrediuntur sillogismum. Circa primo quod prima parte tota intentio
philosophi in hac parte intendit. Notandum quod omnis disciplina
sit ex preexistenti cognitione ut patuit in lectione prece
denti. Rursus hic precognitiones sunt de subiecto pa
ssione et dignitate et premissis ut patebit in
secundo capitulo toto quod processum fiat una talis ratio. Ad
quam requiruntur precognitiones subiecti passionis et dignitatis
et premissarum ad quod requiritur ordo sillogisticus sed
ad omnem disciplinam et ad omnem scientiam acquiren
dam requiruntur hic precognitiones. Quod ad acquisitionem alicuius
scientie est necessarius sillogismus. Tunc quod arguatur ulterius quod
si ad acquisitionem scientie est necessarius sillogismus oportet quod ille
sillogismus sit faciens scire. Nam sillogismus non faciens sci
re non est necessarius ad acquisitionem scientie sed sillogismus faci
ens scire est demonstratio. Quod ad acquisitionem scientie est
necessaria demonstratio. Igitur quod debemus disponere animam
nostram et intellectum debemus esse audire ad addiscendam
hanc doctrinam vel quod est ars demonstrandi cum demonstra
tio sit necessaria in acquisitione scientie. Notandum est tamen di
ligenter quod conclusio probanda constat ex subiecto et passi
one. Dando quod precognitiones de subiecto et passione dig
nitate et premissis dat precognitiones de conclusione probanda
et de principiis intrinsecis quia premisse sunt principia intrinseca
dignitates vel extrinseca. Notandum quod in cognitione cuiuslibet
scientie conclusionis est iste ordo necessarius. Nam sive ex cognitione
illa acquiratur scientia sive opinio sive fides oportet habere
precognitionem aliquam de conclusione et hoc quantum ad subiectum et predi
catum sive quod idem quantum ad subiectum et passionem vel quantum ad
minorem et maiorem extremitatem. Nam conclusio ex hiis
constat. Rursus hic est habenda precognitio de dignitate
et de premissis. Etiam si ex cognitione illius conclusionis
acquiratur scientia hic ordo precognitionum reducitur
in demonstrationem. Si vero acquiratur inde opinio redu
citur in sillogismum topicum. Si autem fides in emptimema retho
ricum ex hiis que hic dicuntur de precognitionibus potest argui
quod ad acquirendam cognitionem de qualibet conclusione est aliqua
necessaria argumentatio vel aliquis sillogismus. Notandum quod si ad
acquirendam cognitionem cuiuslibet conclusionis est necessaria aliqua
argumentatio et aliquis sillogismus quod ad acquirendam cognitio
nem scientificam est necessarius sillogismus demonstrativus qui est sci
entificus et faciens scire. Ad acquirendam autem de
conclusione aliquam cognitionem opinativam requiritur sillogismus to
picus qui est sillogismus opinativus et faciens opinari.
Itaque prout variantur modi cognoscendi variantur
et modi arguendi per quos de conclusione aliqua notitiam
facimus. Hiis visis redeamus unde venit sermo prius.

et dicamus quod philosophus volens declarare de praecognitionibus praecognitis
per patentiam ... similiter demonstrationis et etiam modi acquisitionis
et dicit, quod primo declarat de praecognitionibus subiecti et passionibus
et quibus componitur conclusio probanda, et terminat de
praecognitione dignitatis per quam habet probari conclusio tanquam per principium
certum, et secundo declarat de praecognitionibus praemissarum per quas
habet probari conclusio tanquam per principium in scientia, et ponitur ibi est
autem cognoscere. Et tertio ibi, ut facit quod primo ponit diversos
modos praecognoscendi. Secundo de illis diversis modis exemplificat,
et tertio assignat horum diversitatem causam. Secunda ibi, ut quoniam de
triangulo. Tertia ibi, non enim similiter horum. Continuetur ergo sic: dictum
est quod omnis praecognitio procedit ad acquirenda notitia
de quibusdam conclusionibus. Haec autem praecognitiones sunt duo: quia
est et quid est. Sed quia aut quid necessarium est praecognoscere,
alia namque prius quam sciamus conclusionem probandam necesse
est opinari quia sunt, alia vero oportet intelligere quid est quod dicitur
per nomen, quaedam autem utraque. Deinde cum dicit ut quoniam
omne, exemplificat de praedictis ostendens quod de dignitate oportet
praescire quia est, de passione praescire quid est quod dicitur, de
subiecto vero oportet praescire utrumque, videlicet quia est et quid est. Non autem
ut quoniam omne quidem verum est aut affirmare aut
negare, id est de hac dignitate quod de quolibet est negatio vel affirmatio
vera, quia est, id est oportet praescire quia est. Triangulum autem, id est quod ad
triangulum sunt quae ad passionem oportet praescire quid hoc significat
et unitatis, id est quae ad unitatem quae scilicet ut subiectum utrumque,
id est oportet praescire utrumque, id est quid significat et quia est. Deinde
cum dicit non enim similiter, assignat causam huius diversitatis ostendens
quod sunt diversae praecognitiones, vel quod diversis praecognitionibus cognoscuntur
dignitas, subiectum et passio. Intendit autem talem
rationem: quaecumque nobis non similiter manifestantur non
similiter praecognoscuntur. Subiectum, passio et dignitas sunt huiusmodi, ergo
etc. Continuetur ergo sic: bene dico quod dignitas, subiectum
et passio non similiter praecognoscuntur, quia horum unumquodque non
est nobis similiter manifestum et per consequens non est similiter praecognitum.
Notandum autem quod ipsa praecognitio quaedam cognitio est et per consequens est
quaedam manifestatio, quae ergo non sunt similiter manifesta
nec similiter cognita non sunt similiter praecognita, quia et si essent aequaliter praecognita
essent aequaliter cognita et aequaliter manifesta. Notandum quod
cum dignitas habeat rationem complexi, subiectum et passio rationem
incomplexi, et iterum cum passio habeat rationem accidentis, subiectum
vero sit id cui passio accidit, quia non similiter sunt nobis nota
et manifesta accidentia et quibus accidunt, et complexa et in-
complexa, ideo unumquodque horum, videlicet dignitas, passio et
subiectum, non est nobis similiter notum et per consequens non similiter praecognitum. Circa
hanc autem particulam dubitandum est de praecognitionibus
quid accipiendae sint huiusmodi praecognitiones quia et quid
est. Dubitandum est etiam de quibus. Nam si non dubitatur
de hoc quod quid de quolibet verum est affirmare vel negare se-

habeat ut dignitas, dubitatur tamen quid triangulus
se habeat ut passio et quid unitas ut subiectum. Primo ergo
dubitatur de praecognitionibus, et est quaestio utrum quod est sit praecognitio
et videtur quod non, quia scire quid est est scire diffinitionem rei, eo quod
diffinitio secundum ... exprimit essentiam quiditatis, et etiam cognoscere
quid subiecti et quid passionis non est habere praecognitionem sed magis
habere perfectam scientiam. Nam diffinitio est medium concludendi
passionem de subiecto. Haec autem diffinitio quae ponitur esse
medium vel est diffinitio subiecti vel passionis vel comprehendens utrumque,
quia qui scit quid subiecti et quid passionis, id est sciens diffinitionem
talem rationem. Demonstratio est faciens scire propter principia ipsi scientie
oportet quod sit ex veris principiis et cetera. demonstratio autem est huiusmodi quod fa-
cit scire propter propria principia rei. ergo est ex veris primis et cetera. de
hac autem ratione non ponit nisi veritatem medii dicens quod sic
necesse sunt propria principia eius quod demonstratur. que dicit quod si demonstratio
sit sic quod habeat super omnes conditiones tactas ut quod sit
ex veris et primis et cetera. tunc sunt in eo propria principia eius quod de-
monstratur. que enim quod scitur. sunt ergo est supplenda ratio. quod
cum demonstratio debeat procedere ex propria principia ipsi scientie per
demonstrationem oportet quod sit sic sicut demonstratio est. id est quod habeat omnes con-
ditiones tactas et subdit quod sillogismus quidem erit sine
hiis id est sine hiis principiis veri. propter non sillogismus quidem

ut puta sillogismus quidem erit sine hiis id est sine principiis propriis princi-
piis et absque eo quod sit ex primis et immediatis
demonstratio autem non erit sine talibus quia tunc non
faciet scientiam. Verum quidem oportet esse
Verum et cetera. postea diffinitionem Lc 6
demonstrationis et conclusio diffinitionem illam
bene esse assignatam. In parte ista
declarat particulas diffinitionis positas et est quod
dicit. Facit quod primo declarat quod demonstratio oportet esse ex
veris secundo quod ex primis et immediatis tertio quod oportet
esse ex prioribus et notioribus ibi. Causasque. Secunda ibi. Ex primis autem.
tertia ibi. Causas quidem notiores. Dicit ergo. Verum
quidem ergo. oportet esse quod demonstratur. quoniam non est non
contingit scire ut quod dyametros sit symme-
tros id est sit commensurabilis coste. Dubitant
forte aliquis utrum oporteat esse quod demonstratur et videtur quod
non. quia de rosa potest haberi scientia. nulla rosa exis-
tente. ridiculum non enim esset dicere quod habens scientiam de
rosa perderet suam scientiam rosa corrupta.
Item Euclides dat in geometria sua
scientiam de corpore xii. pentagonorum equilaterum
collocabilium in spera. forte nullum est tale
corpus in quo sint xii. pentagoni sic equales quod
possint sic collocari in spera quod si spera atti-
gat angulum unius pentagoni quod attingat
omnes angulos omnium pentagonorum. Intelligendum
est philosophus volens quod non est non scitur et illeret
quod oportet esse quod demonstratur. Ad quod dicendum ad presens
spectat duplex potest dici de aliquo quod sit. vel quia est ac-
tu existens vel quia est res predicamenti. Si ergo queratur
utrum oporteat rem esse actualiter ad hoc quod de eis sit
scientia patet quod non per rationes tactas quia possumus habere
scientiam de rosa nulla rosa actualiter existente
et possumus habere scientiam de corpore xii. pentago-
norum nullo tali corpore existente immo cum per intellectum
abstrahamus res ab hic actuali existentia et in-
telligimus eas secundum suam quiditatem inconveniens
est dicere quod de nulla re possit esse scientia nisi ac-
tualiter existat. accidit enim rei ut est scibilis et ut
operatur ad intellectum quod actualiter sit cum demum sit
quod res sit accepta abstrahatur per illum a suo esse
actualiter esse. Sed si queratur utrum oporteat quolibet scibile
saltem esse rem aliquam predicamenti dato quod non actu-
aliter existat dicendum est quod sic. Nam cum scientia non
sit nisi de ente ut plane videtur hic velle philosophus
et ens per se dividitur in x predicamenta. ut vult philosophus in
quinto methaphysice oportet quolibet scibile esse rem aliquam alicuius predica-
menti aut collocari in predicamento non possum actu

esse secundum suam quiditatem. Quiditas autem intelligitur ad tempus ad esse quiditative. Ergo habent non solum que actualiter existunt et que sunt in se et sunt quieta suo actuali esse, sed et eciam hec quiditates et sunt res permanentes et possunt intelligi ab intellectu et esse quod scitur que non sunt in se et habent actuale esse sed sunt in suis causis et possunt esse. Est enim triangulus res permanens et ubi deum esset quod superficies triangularis est in permanendo quantitatis et est species quantitatis, necesse dato quod nulla talis superficies esset cadunt que post sunt in se non in suis causis. Et solum scientia entia apud aliquos ut tragelaphus et chymera non sunt scibilia nec sunt res alicuius permanentis. Patet ergo qualiter oportet esse ens quod scitur et propriam dicta soluta sunt argumenta.

Ulterius autem dato quod non oporteat subiectum esse actualiter existens sed sufficit quod sit res permanens et quod sit secundum suam quiditatem ad hoc quod de eo sit scientia. Dubitaret forte aliquis utrum oporteat passionem probandam de subiecto actualiter existere ad hoc quod de ea sit scientia et videtur quod sic quia per demonstrationem concluditur passionem inesse subiecto. Sed non inest ad aliquid nisi habeat actuale esse et ergo nulla passio de subiecto probatur nisi actualiter existat. Item contrarium est quod subiecto non existente actualiter oportet quod non actualiter existat passio. Esse si posset haberi scientia de subiecto non actualiter existente habebitur et de passione dato quod actualiter non existat. Dicendum quod cum quod est sit obiectum intellectus et res sciende considerentur secundum suam quiditatem non secundum suum actuale esse. Sicut abstrahimus subiectum a suo actuali esse et intelligimus ipsum secundum suam quiditatem sic abstrahimus et passionem de subiecto probandam. Si ergo oporteat aliqualiter esse passionem ad hoc quod de ea sit scientia et quod possit de subiecto probari dicendum quod cum passio causetur a principiis subiecti et oriatur a subiecto sic sufficit ad hoc quod subiectum sit quod scitur quod habeat essentialem ordinem ad suas causas. Sic ad hoc quod passio sit quod scitur et quod possit probari de aliquo subiecto sufficit quod habeat essentialem ordinem ad subiectum illud nullo enim triangulo existente demonstrabile de eo habere tres, eo quod hec passio habeat essentialem ordinem ad ipsum.

Ulterius autem dubitaret forte aliquis de quo esse intelligit philosophus cum ait quod esse oportet quod scitur. Dicendum quod esse de quo hic loquitur philosophus est idem quod esse verum. Hic enim intendit philosophus probare quod demonstratio sit ex veris. Veritas autem propositionis est esse ex oppositum vel divisionem verum et philosophus 5o metaphysice ait quod uno modo dicitur ens quod significat quiditatem predicamentorum. Alio modo ens quod significat veritatem rei ut cum dicimus aliquid esse vel per philosophum demonstrabimus suam veritatem cum dicimus aliquid non esse demonstrabimus suam falsitatem. Posset ergo esse vel non esse sunt in propositionibus et quod dicit veritatem propositionum sive enunciationum. Sunt hec esse cum dicitur quod oportet esse quod scitur proprie quod scitur quod esse in propositionibus non nominat actualem existentiam sed nominat habitudinem predicati ad subiectum. Hoc enim verum est quod copulat predicatum subiecto et sic est nota veri de aliquo non dicit ipsam actualem existentiam sed significat quandam compositionem et quandam habitudinem predicati ad subiectum. Quod si compositus non est intelligere. Cum enim dicitur quod est pluvia et respondetur pluvia est aqua guttatim cadens, vera est hec locutio, in pluvia non existente. Similiter cum dicitur pluvia est aqua guttatim cadens non est in intellectus propositionis quod pluvia habeat actuale esse neque quod actualiter existat. Sed quod hoc predicatum aqua guttatim cadens habet per se habitudinem ad hoc subiectum quod est pluvia. Hoc ergo modo oportet esse que sciuntur et demonstrantur et hoc modo oportet demonstrationem esse ex veris et in propositionibus ex quibus demonstratio constituitur predicata habent per se ordinem ad subiecta. Cum enim dico triangulus habet tres vera est propositio et non est intellectus propositionis quod triangulus actualiter existat. Sed quod hec passio habere tres habeat per se ordinem ad triangulum demonstratio ergo est ex veris et est ex hiis que sunt, per esse dicitur per se habitudinem predicati ad subiectum. Non est autem demonstratio ex falsis neque ex hiis que non sunt quia non est ex hiis que habent oppositam habitudinem ad subiectum. Ut quod symmetrum habeat repugnanciam ad dyametrum. Non est quod scitur neque cadit sub scientia quod dyameter sit symmetrus coste.

Ulterius autem dubitaret forte aliquis de probatione aristotelis ubi vult probare quod demonstratio sit ex veris. Ipse enim ait quod veritas oportet esse quod scitur et quod demonstratur cum ergo verum possit concludi ex falsis ut patet per philosophum in libro priorum. Contingit quod verum sit quod demonstratur et verum sit quod scitur. Ponatur tamen demonstrationem esse ex falsis. Dicendum quod sillogismus est oratio conditionalis. Premisse habent se ut antecedens et conclusio ut consequens. Constat autem quod si antecedens est quod deinde consequens est. Dicendum et in omni vera forma sillogistica si premisse sint vere deinde conclusio est vera non tamen verum quod si antecedens non est quod consequens non sit. Potest enim contingere quod non sit antecedens et tamen sit consequens. Ut quod non sit homo et tamen sit animal. Dicendum non valet si premisse sint false quod deinde conclusio sit falsa. Potest enim ex falsis sequi verum. Et simul cum falsitate premissarum potest stare veritas conclusionis.

Advertendum tamen quod ut idem philosophus dicit in libro priorum quod licet ex falsis possit sequi verum, hoc non est propter quid. Sed quamvis falsitas premissarum non est causa veritatis conclusionis ipsum enim non esse animal non potest esse causa quare sit consequens. Potest enim contingere quod non sit homo et tamen sit animal. Sed tamen ipsum non esse hominem non potest esse causa quod sit animal sed accidit. Dicendum et in propositionibus potest contingere quod premisse non sint sed sint false. Conclusio autem sit vera sed hoc non est propter quid non erit causaliter sed erit quamvis accidit conclusio ergo vera non

propter sed ex premissis talis tanquam ex causis ergo si quod demonstratur est verum tunc vera inferuntur ex aliis ex premissis quia demonstracio faciat scire et demonstracionis premisse sunt cause conclusionis oportet premissas esse veras. Hoc est ergo quod philosophus quod si verum est quod demonstratur et verum est quod scitur oportet demonstraciones esse ex veris quia aliter ipsum quod verum non posset concludi nisi ex veris. Alii autem dubitant forte ad hoc quid in proposito sit dyametrum esse symmetrum coste. Dicendum quod symmetrum idem est quod commensurabile coste. Illa sunt commensurabilia que communicant in aliqua una mensura. Si ergo aliqua una linea quantumcumque modica que mensuraret dyametrum posset mensurare costam vel econverso, tunc costa et dyameter commensurabilia, et haberet se dyameter ad costam sicut aliquis numerus ad aliquem numerum. Nam si aliqua una linea mensurat utrumque oportet quod illa linea in numero aliquo contineatur in dyametro et in aliquo numero in costa. Ut si linea unius palmi mensurat dyametrum et costam ut forte quod dyameter est quinque palmorum et costa quatuor, habebit se dyameter ad costam sicut v. ad iiii. Et si illa linea sit in aliquo alio numero in dyametro et in aliquo alio numero in costa, habebit se dyameter ad costam sicut ille numerus ad illum numerum, et quadratum dyametri ad quadratum coste se habebit sicut quadratum illius numeri ad quadratum illius alterius numeri. Quia cum quadratum dyametri sit duplum ad quadratum coste ut probatur in penultima primi Euclidis, possibile est inveniri aliquem numerum quadratum qui dividitur in duo quadrata equalia quod est impossibile. Cum ergo dicitur quod dyameter demonstratur esse incommensurabilis coste, intelligendum est de costa unius quadrati habentis latera equalia. Nam in superficie habente latera inequalia potest dyameter esse commensurabilis coste, quia licet sit impossibile invenire numerum quadratum qui possit dividi in duo quadrata equalia, potest tamen reperiri numerus quadratus qui dividi in duo quadrata inequalia, ut xxv. est numerus quadratus et dividitur in xvi. et ix. quorum utrumque est quadratus. Ergo si in superficie a.b.c.d. costa a.b. sit iiii. pedum et costa b.c. sit trium pedum, dyameter a.c. commensurabilis erit illarum costarum et erit v. pedum. Pes ergo mensurans dyametrum a.c. mensurabit utramque costarum et habebit se quadratum dyametri a.c. quadrato utriusque coste sicut se habent quadratum. Sicut numerus ad numerum, ut sicut xxv. ad xvi. et ad ix. Cum ergo dyameter ponatur v. pedum et v. in se ductum faciat xxv., costa autem maior ponatur esse iiii. pedum que in se ducta faciunt xvi., costa autem minor ponatur trium pedum que in se ducta faciunt ix., habebit se quadratum dyametri ad quadratum coste maioris sicut xxv. ad xvi. et ad quadratum

.a. costa iiii. pedum .b.

dyameter quinque pedum

costa trium pedum

d .c.

coste autem minoris sicut xxv. ad ix. Que duo quadrata duarum costarum, videlicet xvi. et ix., equantur xxv. quod est quadratum dyametri. Reperitur ergo commensurabilitas inter dyametrum et costam si sint coste inequales, non autem si sint equales. Hec ratio est superius tacta, videlicet quia potest inveniri aliquis numerus quadratus qui potest dividi in duo quadrata inequalia, non tamen autem invenitur aliquis quadratus numerus qui in duo quadrata equalia scindi possit. Deinde cum dicit *Ex primis autem*, ostendit demonstracionem debere esse ex primis et immediatis. Dicens quod ex primis autem et indemonstrabilibus, id est ex primis et immediatis, oportet esse demonstracionem, quia non est scire nisi habens demonstracionem ipsorum, id est propter ipsa, videlicet propter prima et immediata. Scire enim dicens quod scire non est per accidens, id est per quod est demonstracio per se primo, et addit quod et non per accidens habere demonstracionem, quod dicit quod scire est per demonstracionem per se et per causas per se, non per demonstracionem per accidens nec per causas per accidens. Alii autem quod possibile hic ideo sic forte sunt [illegible] non contingit scire ex illis oportet demonstraciones esse, sed sine primis et immediatis non contingit scire, ergo ex primis et immediatis oportet demonstraciones esse. Hoc autem quod non scit, id est non contingit scire nisi habens demonstracionem ipsorum, id est per ipsa, ut id est propter prima et immediata. Alii autem quod demonstracio sit ex aliquibus propositionibus sive ex aliquibus premissis tunc contingit vel ille premisse sint indemonstrabiles et sunt prime et immediate vel non. Si sint indemonstrabiles habetur intentum. Si autem possunt demonstrari, vel habetur demonstracio de eis vel non. Si sunt demonstrabiles et non demonstrantur, ergo sunt ignorate; et ignoratis autem premissis ignoratur conclusio, non ergo contingit scire per aliqua demonstrabilia nisi habeantur eorum demonstraciones. Ergo si per demonstracionem ut faciat scire oportet quod sit ex indemonstrabilibus, quia non contingit in illis non abire in infinitum sed sit devenire usque in indemonstrabilia. Ideo dicit in processu quod demonstracio est ex primis et veris, quia per ea que sunt prima et vera supponit originem demonstracionis, ergo vel est per indemonstrabilia immediate vel est per demonstrabilia ad indemonstrabilia reducta.

Alii dicunt quod si dicatur quod demonstracio semper est ex indemonstrabilibus verum est proposito quia semper est ex indemonstrabilibus et immediatis si ipse premisse sint indemonstrabiles vel mediate, quia si premisse sint demonstrabiles ut faciant scire oportet eas ad indemonstrabilia reduci. Rursus si dicatur quod demonstracio potest esse ex demonstrabilibus ut ad indemonstrabilia reducuntur verum est proposito. Dupliciter ergo potest legi littera philosophi. Primo ut si quod dico ipsorum referatur ad prima indemonstrabilia ut sit sensus hic dico demonstracionem debere esse ex primis et indemonstrabilibus quia non habens demonstracionem ipsorum

i. per ipsa prima et indemonstrabilia. Nam scire est per prima et indemonstrabilia cognoscere, id est per quae est demonstratio per se et non per accidens. Ad secundum dicendum quod dico ipsorum posse referri ad ipsa demonstrabilia reducuntur, ut sit sensus quod demonstratio est ex primis et indemonstrabilibus, quia non sciet aliquis simpliciter demonstrabilia non habens demonstrationem ipsorum. Ideo videtur quod scire non simpliciter per ea quorum est demonstratio est per habere demonstrationem eo quod per se et non habere demonstrationem secundum accidens. Quasi dicat: per demonstrabilia non est scientia nisi de ipsis demonstrabilibus habeatur demonstratio et oportet quod ista demonstratio non sit per se, non per accidens. Oportet ergo demonstrabilia demonstrari et ad indemonstrabilia reduci, si ex eis debeat esse demonstratio simpliciter, quia ergo est demonstratio ex demonstrabilibus per media vel immediate. ¶ Notandum quod si fiat demonstratio ex demonstrabilibus, ut patet, oportet illa demonstrabilia demonstrari; sed si fiat demonstratio per se et per causam per se, cum in talibus non sit abire in infinitum, oportet tandem ad indemonstrabilia devenire. Ad removendum ergo processum per accidens, secundum quod possemus deviare ne deveniremus ad prima et indemonstrabilia. Aut quod scire non est per accidens habere demonstrationem. ¶ Deinde cum dicit causas quidem notiores. Dicit quod oportet demonstrationem esse ex prioribus et notioribus causis. Quasi dicat: quia prius dixit hoc generaliter et confuse, hic specialiter. Ibi: est autem principium demonstrationis. Cum prius tamen fuerit, quia prius adducat unam quandam communem rationem quod oportet demonstrationem esse ex prioribus et notioribus, hic exponit quomodo sint accipienda priora et notiora, et ideo removet quandam dubitationem quae posset ex dictis originem sumere. Hic ibi: priora autem et notiora. Tria ibi: expressius autem est. In prima parte intendit talem rationem. Quia oportet est per causas quae verae causae sunt, est per priora et notiora; demonstratio est per causas quae verae causae sunt; ergo etc. Et ideo ait causas quidem oportet notiores esse et priores causas quidem. Quasi dicat: quod causae non solum notiores, sed etiam causae sunt, quia causae sunt priores. Sed tamen tunc scimus cum causas cognoscimus. Sed verae causae sunt et priores et notiores simpliciter, oportet esse non solum aliquo modo in illis accidentaliter quae sunt, sed etiam secundum esse causae sunt. ¶ Notandum autem quod per eandem expositionem causa per se loquendo est notior effectu non solum quantum ad cognoscere est, sed etiam quantum ad esse est, ut si vis scire eclipsim solis non solum oportet te scire quod est lunae interpositio, sed etiam oportet te scire quod est huiusmodi interpositio et quae exponitur. Possumus tamen aliter dicere et forte melius, ut dicamus quod effectus faciat ad inferre causam (illationem) proprie, sed non facit ad esse effectus; ergo est causa et solum aliquo modo, videlicet quantum ad inferre, sed non est causa quae est, id est quantum ad esse. Sed causae si verae causae sunt, causae effectuum non solum aliquo modo, ut quia per causas possumus intelligere effectus et possumus per eos effectus concludere vel inferre, sed in sunt causae quantum

i. quantum ad esse notiores, quia sunt causae effectibus, quia sunt causae non modo quantum ad inferre et quantum ad esse. ¶ Deinde cum dicit priora autem et notiora, exponit quomodo sunt accipienda priora et notiora. Et hoc quasi dicat facit, quia prius distinguit de prioribus et notioribus, hic declarat difficultatem. Ibi: dico autem priora. Dicit ergo quod priora autem et notiora sunt dupliciter, naturam nihil quo ad dictam et quo ad nos. Ideo videtur quod non, id est quod est prius naturae et prius ad nos, id est quantum ad nos, neque est dicere idem notius naturae et notius nobis. ¶ Notandum autem quod cum dicit dicuntur priora et dicitur notiora, utrumque quo ad naturam et quo ad nos demonstrationes sunt quae est per causas semper procedit per priora et notiora simpliciter et quo ad naturam, non sunt semper priora et notiora quo ad nos. ¶ Notandum quod in physicis supra primum physicorum in mathematicis est notior quo ad nos causa quam effectus, in naturalibus autem econverso. Ergo habent modum loquendi in demonstrationibus mathematicis procedere demonstrationes per priora et notiora utroque modo et quo ad naturam et quo ad nos, quia idem est ibi prius et notius naturae et nobis. In naturalibus vero licet ut plurimum fiunt demonstrationes non potuisse sed per effectus, tamen si constituatur ordo quorum causa est a priori cognitum et fiat demonstratio per causam, fiet procedendo causis naturae et nobis. Ubi ergo dicendum est quod non est idem prius et notius naturae et nobis, quia licet sit idem in aliquibus, ut in mathematicis, non tamen est idem in omnibus, quia non est idem in naturalibus. ¶ Deinde cum dicit dico autem priora, exponit quae dicantur omnes quae sunt priora et notiora nobis et quae naturae dicuntur. Dico autem priora nobis et notiora proxima sensui, notiora autem simpliciter et quo ad naturam quae longius sunt simpliciter a sensu, et videtur quod sunt autem quae dicuntur longiora a sensu maxime universalia, proxima autem sensui sunt singularia, et videtur quod opponuntur haec ad invicem. Nam sicut idem est esse longinquum et propinquum et sic longinquitas et propinquitas habent quandam repugnantiam et quandam oppositionem ad invicem, oportet ad invicem haec quandam repugnantiam prius naturae et prius nobis, cum unum sit singulare et propinquum sensui, aliud sit universale et remotum a sensu. ¶ Dubitatur forte aliquis, quia videtur quod philosophus sit sibi contrarius hic et in primo physicorum et in sexto metaphysicae. Nam in primo physicorum vult quod sunt nobis notiora magis confusa, id est magis universalia, et in sexto metaphysicae vult quod quaedam se habent sicut locus ianuae in domo quam nullus ignorat, quod exponens quidam ait quod haec sunt apud eos maxime universales. Ergo cum in primo physicorum et in sexto metaphysicae videtur velle quod sunt nobis prius nota magis universalia, hic autem quod magis singularia. ¶ Dicendum quod esse ad notiora et prius quo ad nos potest dici vel intelligi et generationis via est. Similiter libro physicorum, quia tamen apud intellectum quam apud sensum sunt prius nota confusa magis, ut apud intellectum sunt prius nota magis confusa, id est magis universalia; apud sensum vero sunt prius nota magis confusa, id est ea quae sunt particularia magis confusa, id est magis universalia, ut patet quia si a remotis aspiciamus aliquid prius cognoscimus

per sensum quod est aliquid coloratum postea quod est animal et postea quod est animal homo per illum vel prius cognoscam quod est coloratum postea quod est animal postea quod est homo. constat autem quod coloratum est universalius quam animal et animal quam homo. et ad coloratum est particulare universalius quam ad animal vel quam ad homo. hoc igitur dictum est quod in eodem genere cognitionis ut in genere cognitionis sensitive et intelligentie sunt nobis nota confusa magis. Sed si quando non artetur ad idem genus cognitionis ut non dicatur quod est nobis notius per intellectum vel quod per sensum. Sed absolute comparantur que sunt nobis notiora verum est simpliciter quod hic dicitur. nam cum nostra cognitio incipiat a sensu et sensus non iudicet nec apprehendat nisi particularia, sequitur quod sunt nobis prius nota particularia quam universalia. licet secundum unum quod idem est et vole sic prius et notius particulari. ex hoc autem patet propter quid demonstrationes mathematice procedunt non solum ex prioribus quo ad naturam sed et ex prioribus quo ad nos. exponendum est enim quo ad nos idest quo ad nostram cognitionem intellectivam. quia intellectui nostro in prius se offerunt cause quam effectus. Sed si intelligatur quo ad nos absolute et simpliciter non est verum quod tunc procedunt mathematice ex prioribus cum absolute loquendo nostra cognitio incipiat a sensu et simpliciter loquendo sint nobis particularia prius nota. videmus autem non sic esse. quia mathematice non procedunt inductive et a posterioribus. sed demonstrative et a prioribus.

Deinde cum dicit ex primis autem est. removet quandam obiectionem que exoriri posset hic contra. ostenderat enim demonstrationem esse ex veris primis immediatis prioribus et notioribus. non autem ostenderat quid sit ex causis conclusionis idest ex propositionibus principiis. ideo ad hoc removendum ait ~~dicit~~ ex primis autem est idest quod demonstratio est ex primis. Sed super quod ex propriis principiis est. quia idem enim dico primum et principium. Finaliter autem quod sive primum [illegible] mathematice supra in omni genere quod est primum et quod est maxime tale est causa et principium omnium eorum que sunt post. et quia primum hiis idem esse et principium et idem est primum et principium. igitur cum probatum est supra quod omnis demonstratio procedit ex primis non probaretur. Sed per se sufficienter ostendebatur quod demonstratio procedit ex propriis principiis. quia procedit ex propriis primis. Propositum demonstrationis

Est autem principium demonstrationis et cetera. postquam philosophus assignavit unam rationem eorum quod demonstratio est ex propriis et notioribus. quia causa precedens. In parte ista adducit ad hoc rationes speciales quod non prius probavit quandoque et per rationem unam. In parte ista probat divisionem et probat plures. ideo duo facit secundum quod duo probare intendit. Nam primo probat quod demonstratio sit ex prioribus. secundo quod sit ex notioribus ibi Oportet autem eis credere et cetera. prima dicitur in prima. quia probat quod demonstratio sit ex prioribus. secundo manifestat et declarat quedam dicta que fecerat mentionem idest propositio enuntiationis est. In prima parte intendit talem rationem. cuiuscumque silli est principium propositio immediata que non est altera prior. ille silla procedit ex prioribus. Sed silli demonstrativi sive demonstrationis est principium propositio talis. Reddatur autem hoc non supra duabus propositionibus et quod vero est quod principium demonstrationis sit propositio immediata. secunda est quod immediata propositio est qua non est altera prior. Ex hiis autem duabus propositionibus manifeste concluditur demonstrationem esse ex prioribus. Illa est igitur quod ait quod est autem principium demonstrationis propositio immediata. et subdit quod immediata propositio est que non est altera prior. et ideo igitur est supplenda ratio. quia oportet demonstrationem esse ex prioribus cum sit ex propositionibus immediatis quibus non sunt alie priores.

Dubitaret forte aliquis utrum propositiones que ingrediuntur demonstrationem possunt esse immediate vel non. quia cum quedam propositiones ingrediantur demonstrationem secundum substantiam ut premisse. quedam vero ingrediantur solum secundum virtutem ut dignitates nulle propositiones ingredientes demonstrationem secundum substantiam possunt esse immediate cum habeant aliquas propositiones ut dignitates que sunt priores ipsis.

Ideo autem est philosophus volens demonstrationem esse ex primis et immediatis. Dicendum quod cum dicimus quod immediata propositio est que non est altera prior non est intelligendum absolute et simpliciter. Sed glosandum est. que non est altera prior ex qua possit demonstrari. unde philosophus cum prius dixisset quod oportet esse demonstrationem ex primis et immediatis volens hoc declarare probat quod oportet autem demonstrationem esse ex primis et demonstrabilibus igitur eodem modo accipiens primum et indemonstrabile possunt igitur premisse esse immediate quamvis dignitates que dicuntur maxime propositiones sint priores illis. Nam per dignitates non potest esse demonstratio cum dignitates sint propositiones communes et demonstratio non sit per communia. Sed ex propriis.

Ulterius forte dubitaret aliquis utrum sint propositiones immediate dignitates que ingrediuntur demonstrationem secundum virtutem vel non. quia immediatum idem sonat quod proximum. Illa autem sunt immediata alicui que sunt propinqua et proxima illi dignitates igitur que non sunt principia propria. Sed sunt principia universalia et remota immediate propositiones dici non debent.

Dicendum quod duplex est principium completum et incompletum. Dignitates igitur sunt principia completa. Eo autem quod in eis concludentur [illegible] dignitates possunt dici principia incompleta ex terminis igitur et ex principiis incompletis fiunt propositiones que sunt principia completa. ex propositionibus autem concluduntur conclusiones. dignitates igitur et universaliter omnes propositiones premisse respicimus [illegible] terminos tanquam principia incompleta et conclusiones tanquam principiata immediatum. igitur quod idem sonat quod propinquum et proximum dupliciter potest accipi vel quod est propinquum principio vel quod est propinquum conclusionibus. dignitates igitur sunt propositiones immediate quia virtus dignitatum est valde propinqua principiis incompletis et est valde proxima. [illegible] statim enim cum scimus quid est quod

de principiis et statim cum intelligimus significata terminorum concedimus dignitates suas esse. Inmediatum igitur prout hic de inmediato loquimur non est accipiendum ex parte posterioris ut dicatur illa propositio inmediata que non habet aliquam posteriorem vel que est valde propinqua posteriori, sed accipiendum est inmediatum ex parte prioris ut dicatur illa propositio inmediata que non habet aliam priorem. Inmediatum enim idem sonat quod sine medio. Sine medio autem potest dici aliquid dupliciter: vel quia non habet aliquod medium per quod probetur sed se ipsa est nota, vel quia non habet medium per quod probet conclusionem sed se ipsa probat et infert conclusionem illam. Dignitates igitur sunt propositiones inmediate quia non habent medium per quod probentur sed sunt se ipsis note, non autem sunt inmediate quod sint propinque conclusioni et non per aliqua media probent et concludent conclusionem aliquam. Sunt enim dignitates principium conclusionum demonstrativarum sicut est virtus solaris principium pullulationis plantarum. Nam sicut virtus solaris numquam est inmediatum principium pullulationis, sed tamen virtus mediante virtute pullulativa facit arbores pullulare, virtus igitur pullulativa terre est inmediata, et virtus solaris remota pullulandi. Sic numquam dignitates sunt inmediatum principium concludendi conclusionem demonstrativam quia numquam dignitates ingrediuntur demonstrationem, sed sunt igitur premisse quod eis mediantibus concludunt conclusionem et dignitates ita quod dignitates mediantibus premissis concludunt demonstrativam conclusionem. Sunt igitur dignitates propositiones inmediate simpliciter non quia sint propinque conclusioni probande sed quia sunt priores et principia simpliciter. ¶ Videtur ergo quod dignitates possint dici propositiones inmediate. Ad hoc quod dictum est dubium, forte dicendum ut eodem modo possint dici propositiones inmediate dignitates et premisse.

¶ Dico quod quantum ad presens spectat explicite dicam aliquas significationes possumus de inmediatione dignitatum et premissarum. Prima dicta est quod omnes dignitates sunt propositiones inmediate quia non habent medium per quod demonstrentur, sed non omnes premisse cuiuscumque demonstrationis sunt inmediate quod non habeant medium per quod demonstrentur. Dicebatur enim superius demonstrationem esse ex primis et inmediatis vel ex hiis que ex primis et inmediatis suam ferunt originem; premisse igitur in demonstratione non semper sunt prime et inmediate, sed sufficit quod eas sciamus reducere in primas et inmediatas et quod ex talibus principiis susceperint. ¶ Secunda dicta est quod dignitates sunt inmediate quia non habent aliquas priores absolute et simpliciter, et maxime dignitas illa de qua aliquis simpliciter et absolute est propositio prior et nulla est prior illa. Immo omnes alie propositiones firmantur et roborantur per ipsam. Sed nulla premissa alicuius demonstrationis est sic inmediata quod simpliciter et absolute nullam habeat propositionem priorem. Nam dignitates sunt priores quibuscumque premissis. Sed ut dicebatur premisse in demonstrationibus possunt esse inmediate, non quod absolute nullas habeant priores sed quia non habent aliquas priores per quas valeant demonstrari. ¶ Tertia dictum est quod premisse possunt esse dupliciter inmediate. Nam primo possunt esse inmediate ex parte principii ut esse possunt ita propinque principio quod non possunt demonstrari. ¶ Secundo possunt esse inmediate ex parte conclusionis quia possunt esse ita propinque alicui conclusioni quod ingrediuntur demonstrationem secundum illam, et inmediate inferunt conclusionem illam. Dignitates autem possunt dici hoc modo inmediate quia sunt indemonstrabiles, non autem possunt dici inmediate quod sint proxime et propinque conclusioni quam concludunt. ¶ Nam si ex dignitatibus et extremis propositionibus fieret syllogismus quasi ita quod dignitates et communes propositiones secundum se ipsas ingrederentur syllogismum illum, ut potest patere per litteram, hic syllogismus non esset demonstrativus quia procederet per communia et non per propria.

¶ Deinde cum dicit "propositio autem enuntiationis est", quia in lectione fecit de propositione inmediata dicens eam esse demonstrationis principium, ideo ad declarationem dictorum dicit quod prius declarat de ipsa propositione, secundo de inmediato principio, id est "inmediati autem principii". Ad evidentiam autem premissorum sciendum quod in diffinitione propositionis ponit enuntiationem, in diffinitione autem enuntiationis ponit contradictionem; non igitur potest sufficienter declarare de propositione nisi declaret de enuntiatione, nec de enuntiatione nisi declaret de contradictione. Volens igitur Philosophus declarare de propositione, cum fiat quod prius declarat de propositione, secundo de enuntiatione, tertio de contradictione, facit, id est "enuntiatio vero" [illegible]. Prima pars potest dividi in partes duas, quia primo diffinit quid est propositio. ¶ Secundo dividit propositionem in dyalecticam et demonstrativam, id est "dyalectica syllogismi". Dicit igitur quod propositio autem est altera pars enuntiationis unum de uno significans.

¶ Deinde cum dicit "dyalectica syllogismi", dividit propositionem in dyalecticam et demonstrativam dicens quod dyalectica autem propositio est syllogismi, id est est indifferenter accipiens quamlibet partem contradictionis, et dicit quod demonstrativa vel determinate accipit alteram partem quam verum est, sicut quod demonstrator accipit. ¶ Notandum quod ita est inmediata propositio que non est propositio prior, unde est inmediatum principium quod non est aliquid principium prius. Philosophus igitur de [illegible] fecit mentionem, videlicet de principio demonstrationis, de propositione et de inmediato. Sed hic quod dico inmediatum potest copulari vel cum propositione vel principio, ideo Philosophus ad declarationem dictorum declarat de propositione et de inmediato principio ut dividendo dicebatur.

¶ Notandum quod inmediatum principium est in plus quam inmediata propositio. Nam omne quod non demonstratur sive sit propositio sive diffinitio potest dici inmediatum principium; inmediata igitur propositio est dignitas et suppositio. Sed inmediatum principium est tam videlicet dignitas et suppositio et diffinitio. Cum igitur hic quod dico inmediatum

possit copulari tamen cum propositione quam cum problemate. quia evidenti-
ter immediatam propositionem et immediatum problema voluit
tamen philosophus videre immediatum problema potius quam immediatam
propositionem. quia in pluribus est immediatum problema quam immedia-
ta propositio. ¶ Consequenter cum dictum est inter dyalecticam et demonstra-
tionem. sciendum ut dicitur esse primo priorum topicorum. demonstrativus enim de-
terminatus sillogismus est ex veris dyalecticus autem sillogismus ex probabi-
libus quoniam semper altera pars contradictionis sive vera altera falsa. demonstra-
tor quoniam semper accipit veram semper accipit alteram partem de-
terminate. ideo ait quod demonstrativa propositio est accipiens
determinate alteram partem contradictionis. cuius ratio est quoniam
demonstrator semper accipit verum et demonstrativus sillogismus
semper est ex veris. dyalecticus vero quia sillogizat ex probabilibus
cum quibus pars contradictionis aliquando possit esse probabilis vel
improbabilis ut quod medicus diligenter curat quod fuit negatur et quod
non diligenter quod fuit deficiet ideo dyalecticus habet viam
ad utramque partem contradictionis. ideo in textu dicitur quod dyalectica
propositio est accipiens silicet indifferenter quamlibet partem contradictionis.

¶ Dubitatur forte alicui quomodo propositio est altera
pars enuntiationis. ¶ Ad quod si bene videre volumus quomodo
propositio est altera pars enuntiationis videndum est quoniam di-
ffert propositio problema et enuntiatio. sciendum ergo quod propositio
idem est quod pro alio posita. unde ipse premisse que ordinantur
ad aliud ut ad conclusionem propositiones dici debent. proble-
ma vero est ... et quod ordinatur propositio
... propositiones ergo sunt premisse problemata autem sunt
conclusiones ... sillogismi sunt ex premissis et sunt de conclusionibus
vel ad conclusiones. ideo dicitur in primo topicorum quod orationes sillogismorum sunt ex
propositionibus de problematibus sunt sunt ad problema-
ta. Inde est ergo quod sunt equalia numero et eadem ex
quibus sunt orationes sillogismorum id est premisse et circa quas sunt
sillogismi id est problemata. omnis enim propositio potest esse problema
et esse problema propositio quod non est premissa ... si
... potest esse conclusio ... et econverso [illegible] hoc non est verum
in demonstrativis quia sunt quedam propositiones indemonstrabiles
que ita sunt demonstrationis principia quod non possunt esse
demonstrationis conclusio. in dubitative tamen universaliter in dyalectica
sciendum dyalectica ad omnium methodorum principia viam habet ut in textu
primo topicorum. scribitur nulle ergo sunt premisse et nulla sunt
principia que non possent dyalectice probari et que non possint
esse dyalectici sillogismi conclusio. dyalectice ergo loquendo eadem ...
... considerata potest esse premissa et conclusio et propositio
et problema. advertendum tamen quod differt problema et conclusio
... problema est ut ad propositionem ... dubita-
bile conclusio autem est ut est dubitabile per sillogismum concludendum
problema ergo utramque partem contradictionis accipit quia quod du-
bitative dicitur sub utraque parte contradictionis proponitur ideo primo
topicorum scribitur quod si dicatur putas utrum animal gressibile bipes est

diffinitio hominis vel non problema sit problema ergo cum sit quedam
oratio dubitative utramque partem accipit sed si debeat illa
oratio dubitabilis per sillogismum concludi oportet quod concludatur
altera pars contradictionis talis enim sillogismus est verus et idem quod sillogismus
utramque partem concludat. nam elenchus si utramque partem
contradictionis concludat non est apparens sillogismus verus. sed magis erit
sillogismi plures. erit ergo conclusio altera pars problematis quia
quod problema proponit dubitative sub utraque parte contradictionis
sed concluditur conclusio alteram partem tantum. dicimus ergo quod sic conclusio
est altera pars problematis. sic propositio est altera pars enun-
tiationis sciendum sic oratio que dicitur esse problema dyalecticum antequam
concludatur per sillogismum proponitur sub utraque parte contradictionis
cum autem actu per sillogismum concluditur oportet alteram partem
concludi. sic enuntiatio dyalectica que debet esse premissa vel
debet esse propositio debet sub utraque parte contradictionis proponi quando autem
actu ingreditur sillogismum oportet alteram partem contradictionis acci-
pere. erit ergo propositio que dicitur ordinem premissam ut ingre-
diatur sillogismum pars enuntiationis sicut conclusio que dicitur ordinem ut
actu concludatur per sillogismum est pars problematis. ¶ Consequenter
forte dubitatur alicui quia propositio dyalectica non videtur differre
a propositione demonstrativa sciendum ut est per precedentem. in propositione
contradictionis utraque sit dyalectica dicitur enuntiationem ut actu in-
grediatur sillogismum. sed non est altera pars contradictionis tantum sciendum
utraque pars contradictionis simul unum et eundem sillogismum potest
ingredi. ergo propositio dyalectica non est accipiens quamlibet partem
contradictionis. sed alteram tantum. et quia demonstrativa etiam alteram
partem tantum accipit non videtur differre ab illa. ¶ Ad
quod dicendum ad presens spectat differt propositio dyalectica a propositione
demonstrativa sicut differt futurum contingens a futuro necessario.
In futuro enim contingenti neutra enim sillogismus verificabitur utraque pars con-
tradictionis sciendum vel erit navale bellum cras. vel non erit
vel incidetur tunica vel non incidetur. non enim potest esse sillogismus et non
esse bellum navale. nec sillogismus potest tunica incidi et non
incidi oportet ergo in futuris contingentibus verificari alteram partem
contradictionis tantum. sic et in futuris necessariis aliter tamen taliter
quia in futuris necessariis est determinata veritas et oportet veri-
ficari alteram partem determinate. ut si dicam sol
orietur cras vel non orietur oportet verificari hanc partem deter-
minate quod erit solis ortus. sed in futuris contingentibus licet opor-
teat solum unam partem contradictionis verificari non tamen est hoc
determinate. non enim dicere possum quod omnino perveniet tunica
incidetur vel quod non incidetur. sed potest incidi et non incidi. sic
et propositio tam propositio dyalectica quam demonstrativa accipit
alteram partem contradictionis sed demonstrativa accipit al-
teram partem determinate eo quod semper accipiat verum. sed dyalectica
non licet accipiat alteram partem tantum non tamen accipit
eam determinate quia potest accipere tam partem veram quam falsam
dummodo tamen accipiat eam sub ratione probabilis. Differt ergo

enūciacō. l' pblema dyā appōe l' ctdoe dyā
appōe l' ctdoe demrātia ē enūciacio l' pble
ma dyāca accipit utrāq3 ptē ɔdcōis appō
u' dyāca accipit altām ptem ɔdcōis. S3 i decli
ate. q2 p' accipe hanc l' illam S3 appō demrā
tiua accipit altām ptē ɔdcōis decliate q2 oz
demrācōm accipe ptē hanc videl3 vām q2
nullo m° p' accipe ptē illā .i. falsam appō
g° demrātia erit. Si decliate dicat' h' est l'
nō est appō u° dyā eo q2 nō accipiat decimi
nate altām ptē erit cū dubōe. i formi
dīe alti' ptis pferat' ut puta si dicit'
est ne h' ut ne est al' gressi' le i bipes diffō ho
minis. pblema u' dyā' est si nō solū cū du
bitacōe pferat' S3 i si altām ptē ɔdcōis ɔphē
dit ut puta si dicat' putas u' al' gressi' le
bipes est diffō hois l' nō. p3 g° q'li' differt
appō dyā a demrātia i q'li' h' ab enūciacōe i
pblemate distiguūt. Deīn cū d' enūciacō
nō. diffinit q' est enūciacō. dicēs q2 enūcia
// sup ac nō q'l3 ptē ɔdcōis accipit. Flo' aut q2
enūciacō accip' q'l3 ptē ɔ [illegible] appō dyāca
accip' q'l3 ptē ɔdcōis alit' tū tale. q2 enū
ciacō accip' q'l3 ptē sil' S3 appō dyāca d3 ac
cipe q'l3 ptem nō q2 accipiat utrāq3 ptē
S3 q2 accip3 altām ptē. i decliate p' n. dyāca
appō accipe q'cūq3 ptē ɔdcōis alt' tū hanc
dyāce viam ad utrāq3 ptē ɔdcōis bn̄ g° dcm
est q2 appō est altā ps enūciacōis cū enūci
acō possit accipe utrāq3 ptē sil' q2 utrāq3
ps enūciacōis ɔdcōis p' enūciari. appō u° ac
cipiat altām ptē ɔdcōis tm̄. possunt n. enū
ciare q2 oīs hō est al'. l' nō est al'. S3 nūq̄m
appōes igredientes sill'm accipient' h' m° ut di
cam' oīs hō est al'. l' nō est al'. i oē ale est hō
l' nō est hō S3 altā ps enūciacōis affirmatiua
l' negatiua igredit' sill'm. Deīn cū d'
ɔdcō aūt. diffinit q' ē ɔdcō i i diffinit l'
descbit q' est ɔdcōis ps. u' q2 est aff° l' quid
est negō. dicēs q2 ɔdcō est aūt sup. oppō cui'
nō est me' p se. i abdit ps aūt ɔdcōis. que
est ad de aliq' .i. que pdicat ad de aliq' est
aff° .i. uocat' appō affirmatiua q' u° ad ab aliq°
.i. ps ɔdcōis que remoz ad ab aliq° negō est
.i. uocat' appō negatiua. Flo' aut q2 ɔdcō hē
duas ptes. affirmacōm videl3 i negacōm S3
aff° est que pdicat ad de aco. negō u° e' remoz
ad de aco. Dubitar3 forte ad quō ɔdcō

sit oppō l' sit spēs oppōis cui' nō est me' p se.
Ad q2 i° est p se tale q2 est maxīe tale i q2
est p oīm mō' tale. i cā i iō q2 q'l3 a° sit tale
Flam i° q2 est p se tale. i q2 est maxīe tale ē
iō oīm aliq' ut ignis q2 est maxīe calidus
est iō i cā oīm calidoz. ecīā .n. alia ī tm̄ sūt
calida ī q̄tū pticipāt n̄m ignis ut p' pate q2
ɔ° me'. ɔdcō g° dī n̄ hēe me' p se q2 p oēm
modū caret medio i est iō q2 alia pticipent
uō decnencia mediū | q2 q2 sad° q2 q'° ad psens
spectat duplex est me' videl3 mediū p form i me'
p sbm. additū aūt ab aliq̄b3 tcīm mō mediū ī ē
p tpē S3 h' ī idem q'dāmō īcadit cū me' p sbm
p g° hūc mō' loq'di dicent' q2 q̄tia mediata
p oīm mō' hūt me' tā p form q' p sbm. q̄tia
u' īmediata i oppōca puatīe aliq'in hūt me'.
i aliq'in nō hūt me' q2 nō hūt me' p form s3
p sbm. ɔdcōia u° sūt p idē mō' īmedca i nll°
m° hūt me' n' p form n' p sbm. Flam albū
i nigrū. que dant' q̄tia mediata hūt mediū
p form. q2 repit' for° me' i color medi' ī' albū
i nigrū ut fuscū i pallidū. hūt i me' p sbm
q2 repit' sbm aliq' q2 est oīo absq3 colore q2 n'
est albū n' nigrū n' ī aliq° colore coloratū.
ut aer i aq° i alia corā dyaphana. q̄tia u° īme
diata nō hūt me' p form q2 nō repit' forma
media. n' dispō ī' sanū i egrū n' forte uelle
m' loq' m° medicoz ponētiū dispōm q̄dam.
q2 uocant neutrā ēē media ī' sanitātē i egritu
dinē pp' q2 dnt mediciā ēē rectū regimen
sanoz egroz i neutroz ē tū ī' sanū i egrū
me' p sbm. q2 repit' sbm aliq' q2 neq3 est sa
nū neq3 egrū ut lapis i ferrū. Sic ī puatiā
n' hūt me' p form. q2 ī' visū i mortē ī' ce
cū i videntē. n' est me' for° est tū ibi me' p sb3
q2 repit' sbm ad q2 neq3 est videns n3 cecū u'
lapis i i catul' an nonū diē. ɔdictoria u° nll°
m° hūt me' n' p form. q2 nō repit' for° me'. ī'
affirmacōm i negōm. n' ī p sbm q2 nō repit' sb3
aliq' de quo nō vificet' aff° l' negō. ī mo ī de
ipō nō vificat' h' l' l' ɔdictoria g° dnt ēē p
se īmediata q2 sūt p oēm mō' īmediata i
nll° m° repit' me' ī' ipam i i est iō q2 alia
ad pticipent de īmediacōe Flam i talis
oppōib3 repit' ad mō' īmediacōis ī q̄tū tcīs res
uat' ad de ɔdcōe ut ī q̄tū oīm oppōitoz h3 iōm
affirmacōis a° il negōis. Deīn cū d' Inmedi
ati aūt pticipii. deciat de īmediato pii. ad

aut cuius scientie quod sic declarando de propositione prius diffinivit
quid est propositio, postea divisit propositionem in dyalecticam et demonstra-
tivam. Sic determinando de principio immediato forte prius
diffiniendum esset quid est hoc principium, postea dividendum esset
hoc principium in suas partes. Attamen per iam dicta est aliquomodo
patefactum quid est immediatum principium. Secundum quod supra
declarabatur quid est immediata propositio, dicebatur quod illa
propositio est qua non est altera prior. Aliquomodo ostendebatur
quid est immediatum principium, secundum quod immediatum principium est quo
non est alterum prius. Determinando ergo de immediato principio non
diffinivit ipsum, sed solum divisit in suas partes. Circa quod d. f.
quod primo divisit immediatum principium in dignitatem et positionem.
Secundo divisit positionem in suppositionem et diffinitionem, ibi positionis autem.
dicit ergo quod immediati autem principii syllogistici supponere unum mem-
brum vel unam partem dico positionem predicationem quod non est
idest non quod monstrare quod est indemonstrabile nec necesse est eum
habere aliquid docendum. Quantum supponere membrum vel aliam partem principii
immediati quam necesse est habere aliquid docendum idest quemlibet
discipulum dignitatem vel maximam propositionem supponere voco
idest quasi dicat quod syllogismi demonstrativi dicitur est principium immediatum
unum quod vocatur positio quod non est necesse habere discipulum
nec non prius demonstrari, aliud quod vocatur dignitas que est
indemonstrabilis sed necesse est eum habere quemlibet docendum.
et secundo quod sunt autem quedam propositiones que sunt huiusmodi idest que
sunt ita per se note quod necesse est eas habere quemlibet docendum.
et addit quod hec nomine maxime in hiis scientiis consuevimus nos
dicere. quasi dicat quod hec nomine propositiones que sunt tales in hiis scientiis
propositionibus consuevimus dicere nomine maxime idest consuevimus
eas appellare nomine maxime. [C]onsiderandum autem quod dignitas
et positio conveniunt et differunt. Conveniunt quidem quia tam dignitas quam
positio non probantur demonstrative; utraque enim est syllogismi demonstrativi
principium immediatum idest indemonstrabile. Differunt autem quia
positionem non est necesse habere quemlibet docendum idest quemlibet discipu-
lum, dignitatem autem est necesse habere. [C]onsiderandum etiam quod in-
[?] esse [?] principia sunt minima quantitate et
maxima virtute. Immo quanto principia sunt priora tanto
pauciora numero et maiora virtute. Igitur cum dig-
nitates sit valde propositiones universales maxime notari debent
quia ad multa se extendunt et multa sunt virtute.
bene ergo dictum est quod in hiis scientiis consuevimus nos maxime
dicere. [D]ubitaret forte aliquis quare dignitatem
necesse est habere quemlibet docendum, positionem autem non necesse est
habere. [D]icendum quod sicut dicitur in secundo de anima intellectus et sensus
in veritates rerum modo opposito feruntur, quia intellectus non er-
rat circa communia, errat autem circa propria. Sensus autem econverso
non errat circa propria, errat circa communia. Apud intellectum ergo que
sunt communia sunt quasi ita manifesta quod sunt velud
locus ianue in domo quas nullus ignorat. Statim ergo cum
incipimus habere rationis usum offerunt se intellectui nostro
huiusmodi communia statim fere a iuventute. Propter quod a principio intellectui nostro
est eis receptibilis. Ergo termini communes ut sunt ens totum
pars equale et inequale et huiusmodi statim incipiunt intellectui nostro,
et statim cum incipimus habere rationis usum horum terminorum rationes
cognoscimus. Quia dignitates et veritates earum fundate sunt
in rationibus horum terminorum, ideo statim cum incipimus habere rationis u-
sum sunt aliquomodo nobis note huiusmodi dignitates. Et quia puer
antequam rationis usum non potest esse auditor scientie, et nullus potest ali-
quem docere scientiam priusquam habeat rationis usum, ideo prius
oportet discipulum docendum esse instructum in hiis communibus
quam addiscat scientiam aliquam. Positionem autem non necesse est
habere quemlibet docendum, secundum quod huiusmodi positiones fundate sunt in
rationibus specialium terminorum, quos non oportet percipere quemlibet do-
cendum. Possumus enim habere rationis usum et possumus fieri di-
scipuli antequam simus instructi circa propria. Ratio non oportet nos
percipere positiones instruendum. Ergo in geometria non oportet percipe-
re quod recti anguli sunt equales, licet hoc demonstrari non
possit, sed sit positio in scientia predicta. [U]lterius forte
dubitaret aliquis utrum dignitates et positiones sint eodem modo
immediatum principium syllogismi demonstrativi. [D]icendum quod ut patet per
habita cum dignitates sint circa communia, positiones vero
sint magis circa terminos speciales, et cum communia sint priora
specialibus, necesse est dignitates esse priores positionibus. Ideo ut
supra declarabatur dignitates sunt indemonstrabiles quia
simpliciter non habent aliquas propositiones priores. Positiones vero non sunt
indemonstrabiles quia nullas habent propositiones priores, sed dicuntur
indemonstrabiles quia non habent aliquas propositiones priores per quas in
illa scientia valeant demonstrari. Ergo cum id sit immedi-
atum quod non habet aliud prius, cum non eodem modo conveniat dig-
nitatibus et positionibus, diversimode dicuntur immediata principia hec
et illa. [U]lterius forte dubitaret aliquis utrum omnes po-
sitiones sint eodem modo indemonstrabiles. [D]icendum quod omnes po-
sitiones sunt indemonstrabiles in illa scientia in qua dicuntur esse positiones,
quia si ibi demonstrarentur non ponerentur nec supponerentur.
Verumtamen aliquando sunt positiones in aliqua scientia que non de-
monstrantur in illa scientia sed in alia, ut quod recti an-
guli sunt equales supponitur in geometria, non tamen hoc in ali-
qua alia scientia demonstratur. Sed a puncto ad punctum
rectam lineam ducere licet supponatur in geometria, de-
monstratur tamen hoc in scientia naturali. Nam in sexto physicorum quod
punctus puncto non est continuus nec contiguus nec
consequenter se habent, immo ut ibi declaratur inter quelibet duo
puncta est dare lineam mediam. Si ergo inter quelibet
duo puncta est dare lineam mediam, licet a pun-
cto ad punctum rectam lineam ducere, quia licet ibi du-
cere illam rectam lineam que ibi est intermedia. [H]ec
in eo dicto. Positionis autem. Secundo positionem in suppositionem et di-

diffinitionem esse quod dicit, quam primo facit quod demonstratum est. Secundo assignat differentiam inter illa, scilicet inter diffinitionem et suppositionem, ibi: diffinitio quidem de positio est. Dicit ergo quod positionis autem supplementum duplex est membrum, vel dicitur est propositio illa ergo quae quidem de est accipiens quamlibet partem enuntiationis, ut dico aliquid esse vel non esse, suppositio; quae vero accipitur sine hoc, id est sine esse vel non esse, dico, id est voco diffinitionem.

Deinde cum dicit diffinitio quidem positio est, dat differentiam inter diffinitionem et suppositionem, dicens quod diffinitio quidem est positio, quia ponit arismeticus unitatem esse hoc, id est esse aliquid indivisibile secundum quantitatem; suppositio autem non est, quia dicit quod licet diffinitio sit positio, non tamen est suppositio, quia id est non quid est unitas et esse unitatem non idem est; suppositio ergo dicit hoc esse vel non esse, ut dicitur unitatem vel quantitatem aliquam esse vel non esse. Diffinitio autem non dicit hoc esse vel non esse, sed dicit quid est hoc et quid non est. Diffinitio ergo differt a suppositione. Dubitatur forte aliquis quomodo diffinitio accipitur sine esse vel non esse. Dicendum quod licet quaedam diffinitio in qua est positio non accipit tamen esse vel non esse, sed hoc intelligitur quia diffinitio non est positio nisi ut comparatur ad diffinitum, ut patet per philosophum qui exemplificavit de diffinitione quomodo sit positio, ut quia ponit arismeticus unitatem esse aliquid indivisibile secundum quantitatem. Haec ergo diffinitio est aliquid indivisibile secundum quantitatem, non est positio nisi ut comparatur ad unitatem, et ut ponit unitatem esse aliquid tale indivisibile. Cum ergo diffinitio non possit comparari ad diffinitum nisi mediante esse vel non esse, oportet quod ad diffinitionem ut est positio pertineat esse vel non esse. Sciendum ergo quod in omnibus oportet primo intelligere quid est quod dicitur, id est quid significatur, ut oportet nos primo scire quid est unitas quam probabimus (?) et quid certum (?) ... et tamen scimus quid est quod significatur, est ulterius sciendum utrum illa sit aliqua res praedicamenti et utrum conveniat ei hoc praedicatum vel illa. Ergo hoc verbum est ut quidem dicitur per positionem compositive vel expositive. Compositive in propositione, ut cum dico unitatem esse vel non esse vel esse hoc vel non esse; expositive in positione, in diffinitione, ut cum dicitur quod est unitas est hoc vel hoc. Differt autem esse acceptum expositive vel compositive, quia acceptum expositive absque loquendo neque verum neque falsum dicit esse, id est expositive sumptum propriis non entibus convenire potest, ut si dicatur quid est pluvia et quid significatur nomine pluviae, sed respondeatur quod est aqua guttatim cadens, non dico pluviam esse, non dico eam non esse de ipsa, id est chimaera potest dici quid est quid significatur. Diffinitio ergo dicitur esse positio quia non probatur, sed dicitur esse sine esse vel non esse, non quia nullo modo accipiat esse, sed quia non accipit sumptum compositive sed expositive. Ideo philosophus volens dare differentiam inter suppositionem et diffinitionem ait quod non est idem quid est unitas et unitatem esse, id est non est idem esse sumptum expositive quod facit diffinitio et sumptum compositive quod facit suppositio. Et ergo erit principium immediatum, videlicet dignitas, diffinitio, suppositio; dignitas autem differt ab aliis quia est principium magis commune et universale; diffinitio vero et suppositio sunt magis principia propria, id est propria. Rursus diffinitio differt a suppositione, quia suppositio cum sit quaedam propositio accipit esse sumptum compositive et ideo significat verum vel falsum, et quia suppositio omnis verum vel falsum significat, ideo hoc principium suppositio dicitur. Diffinitio vero quia esse non accipit sumptum compositive sed expositive, ideo non dicitur suppositio, quia propositione non significat verum nec falsum, sed dicitur positio quia non probatur. Lectio 8

Quoniam autem oportet credere et cetera. Postquam philosophus ostendit quod oportet demonstrationem esse ex prioribus, in parte ista declarat quod oportet eam esse ex notioribus, ostendens multipliciter quod principia sunt notiora, id est magis nota conclusione, et est quod dicit: quod prius facit quod demonstratum est. Secundo removet errorem quorundam qui possent ex praecedentibus haec oriri, ibi: quibusdam ergo quidem. Circa primum sciendum quod tres rationes adducit ad propositum, habet se (?) principia quantum ad praesens spectat triplicem habitudinem ad conclusionem. Primo per principia innotescit nobis conclusio. Secundo principia sunt prius nota conclusione. Tertio principiis firmius adhaeremus quam conclusioni. Primo ergo probat principia esse magis nota quia per ea innotescit conclusio. Secundo quia prius sunt nota conclusione. Tertio quia firmius principiis quam conclusioni adhaeremus; secunda ibi: Prius autem credere; tertia ibi: magis autem debentem. Et cum primo dicit quod primo praemittit quandam propositionem. Secundo declarat quod ipsam confert conclusionem intentam, ibi: ut propter quod amamus. In prima parte intendit talem rationem: propter quod unumquodque tale et illud magis, sed nos scimus conclusiones propter principia, ergo principia magis scimus. In hac autem ratione sic procedit, quia primo ponit minorem, scilicet quod conclusiones sunt notae videlicet per principia. Secundo ponit conclusionem, quod principia sunt magis nota quam conclusiones. Tertio ponit maiorem, scilicet propter quod unumquodque tale et illud magis. Dicit ergo: quoniam autem oportet credere et scire rem, id est conclusionem aliquam probandam, in habendo talem syllogismum quem vocamus demonstrationem, est autem hoc, id est quia scire conclusionem quod per ea est, id est quia scire ea ex quibus est syllogismus, id est scire principia, quasi dicat quod nos credimus et scimus rem conclusam quia habemus demonstrationem, et est, id est quia scire hoc, id est quia scimus principia ex quibus est syllogismus demonstrationis. Hoc est minor, scilicet quod conclusio est nota propter principia, et ideo quod necesse est non solum praecognoscere prima, id est principia, aut omnia aut quaedam, sed et magis. Haec est conclusio, scilicet quod principia non solum sunt prius nota quam conclusiones sed et sunt magis nota, et rationem subdit: propter quod est unumquodque magis et est. Hoc est maior, scilicet quod propter quod unumquodque et illud magis, forma autem ideo ut antea formabatur. Deinde cum dicit ut propter quod amamus, declarat quod

dixit et infert conclusionem in tertia continuetur autem sic. Illa bi
dico quod propter unumquodque et illud magis. Quia propter quod amamus sup
aliquid illud est magis amicum, id est illud magis amamus. Nam ut
dicitur in tertio ethicorum si amamus magistrum propter patrem ergo
patrem magis amamus. Sic etiam si scimus conclusiones propter principia
ergo principia magis scimus. Ideo subdit inferens conclusionem intentam
dicens quod si quidem scimus et credimus sub conclusiones per prima, id est per principia
magis scimus et credimus illa, id est principia, quoniam propter illa, id est
propter principia et posteriora sub sunt scita. Dubitatur
forte aliquis utrum veritatem habeat quod propter quod unumquodque et illud
magis. Et videtur quod non quia si hoc esset universaliter propositio quod propter quod unum
quodque tale et illud magis. Cum sit aliquid album propter albedinem esset
albedo magis alba. Et cum sit aliquid calidum propter calorem
esset calor magis calidus. Hoc autem negamus. Nam licet po
ssimus habere bonum intellectum quod albedo sit alba et quod calor sit
calidus quia ubi aliquid in se ... quod non abusive dicitur
candor candidus secundum doctrinam philosophi quod ubi praedicatio quod
denominativa habet repugnantiam ad praedicationem essentialem
ita quod si praedicatur aliquid de aliquo essentialiter non praedicabitur de
illo denominative. Nam cum principia sunt topica ubi philosophus non
bene demonstrat esse albedinem coloratam vel ambulationem mo
veri. Sed ergo albedo non est colorata sequitur quod non sit alba
quia quod non est coloratum non est album. Et ideo philosophus dic
it quod nullum genus praedicatur denominative de spe
cie suo in eodem innuit quod cum genus praedicetur univoce et essentia-
liter de specie non praedicatur de ea denominative. Sed ergo albe
do de se ipsa praedicatur essentialiter quia nulla essentialior praedica
tio quam cum idem de se ipso praedicatur. Sed ergo quod licet de se
ipso praedicetur essentialiter sequitur quod non de se ipso praedicetur denominative
licet ergo aliquid sit album propter albedinem secundum doctrinam philosophi
non videtur quod possimus inferre quod albedo sit magis alba.
Dicendum quod propositio ista licet apponere veritatem habeat in causis essentialiter [habeat] non
in causis formalibus. Sed non habet veritatem quia aliquis est calidus
propter motum non tamen motus est magis calidus. Propter hoc dixerunt
alii quod habet veritatem habet in causis univocis non in aequivocis
sed non habet veritatem quia ignis genitus est calidus propter ignem
generantem non tamen in igne genito oportet esse minorem ca
lorem quam in igne generante, patet enim esse eque calidus ignis
genitus sicut ignis generans, et tamen ignis generans et ig
nis genitus est causa univoca non aequivoca cum conveni
ant in nomine et diffinitione. Propter hoc dixerunt alii hoc veritatem
habere tam in causis univocis quam aequivocis. Nam cum causa sit
potior effectu si sit causa univoca etsi non magis potest dici
quam de effectu ut si aliquis est calidus propter ignem sequitur quod ignis
sit magis calidus. Si autem sit causa aequivoca tunc licet non conveniat
ei illud quod convenit ei aliquid excellentius illo ut si aliquid est cali
dum propter solem licet in sole non sit calor formaliter est tamen ibi
lux vel aliqua alia qualitas excellentior calore propter

quod habet calorem inducere. Sed aliquid amplius dicitur non hoc
veritatem habet. Nam cum ignis habeat aliud ignem ge
nerare et sit causa univoca eius non tamen ut dicebatur oportet quod
ignis generans sit calidior igne generato. Non aliquis homo quod
sit pater est rationalior suo filio licet filius per patrem ra
tionalem adipiscatur esse. Sic etiam si motus est causa aequivoca
caloris licet aliquid sit calidum propter motum non tamen motus est
magis calidus nec oportet quod in motu sit aliqua qualitas excelle
ntior calore. Propter hoc dicendum quod cum propter denotet aliquem ordi
nem essentialem et propter quem causa principalis cum dicitur propter quod
unumquodque et illud magis veritatem habet in hiis quae habent ordinem essentia
lem et quae non sunt causae partiales et instrumentales sed magis se
cundum per se et principales ita quod propter unumquodque et illud magis quia si aliquid
est causa principalis et per se vel habet illud magis ut in causis univocis
vel habet aliquid excellentius ut in causis aliis. Cum ergo dicitur quod si
aliquid est album propter albedinem ergo albedo est magis al
ba patet quod non oportet semper esse eundem modum praedicandi. Ut non
valet si aliquid est calidum propter solem ergo sol est magis ca
lidus sed debemus arguere si aliquid est calidum propter solem ergo vel
sol est magis calidus vel est in sole aliquid excellentius
calore sic et in proposito. Si aliquid est album propter albedinem
ergo vel est albedo magis alba vel est in albedine aliquid
excellentius albo. Hoc patet verum esse quia excellentior
est praedicatio essentialis praedicatione denominativa. Cum ergo albe
do sit albedo et praedicetur de se ipsa essentialiter excel
lentius est hoc quam si albedo esset alba et praedicaretur
de se denominative. Semper enim quaecumque sit causa dum
tamen sit causa principalis et sit in ordine essentialis inveniemus quod vel
causa est magis talis vel est excellentior tali. Ad
ultimum cum arguebatur quod aliquid est calidum propter motum ergo
motus est magis calidus, dicendum quod motus si est causa calo
ris magis est causa instrumentalis quam principalis. Nam agens aliquod
mediante transmutatione et motu producit formam in ducendo
motus ergo et transmutatio sunt quasi instrumentum alicuius agen
tis ad inductionem formae motus ergo in inductione formae
vel est causa partialis ut cum motus non per se ordinatur ad
formam vel est causa organica et instrumentalis, in talibus non oportet
veritatem habere propositionem praedictam. Ad illud etiam quod obi
ciebatur quod ignis generat ignem et ignis genitus
est calidus propter ignem generantem patet quod inter ea quae sunt
eiusdem speciei non potest esse ordo essentialis. Hoc ergo propositio non habet
veritatem inter ignem et ignem sed inter ignem et ignitum
ignita enim sunt calida propter ignem quia terminus sunt cali
da tamquam participantia naturam ignis. Ignis ergo est magis
calidus quam ignita in causis ergo principalibus et per se ha
bentibus ordinem essentialem hoc veritatem propositio tenet.
Et quia principia sunt causa principalis et per se quia conclusio cognoscitur et
notitia conclusionis essentialiter dependet a notitia principiorum ideo

et impossibile valet propositio assumpta. quod si conclusiones sunt note propter principia, quod principia sunt magis nota. Dicitur autem ulterius dubitandum quod philosophus ait in littera quod oportet precognoscere principia esse magis nota aut omnia aut quedam, sed de hoc in processu dicetur.

Deinde cum dicit non possibile autem credere magis. Adducit rationem idem quod principia sunt magis nota quam conclusio. est autem hec ratio ducens ad impossibile formata sic. Si principia non essent magis nota quam conclusio sequeretur quod aliquis magis vel equaliter cognosceret conclusiones quas non novit quam principia que novit, sed hoc est impossibile ergo impossibile est quod aliquis vel sciens vel melius dispositus quam sciens cognoscat magis conclusiones quas non novit quam principia que novit ergo impossibile est quod principia non sint magis nota quam conclusiones. hec est ergo ratio. Aliter quod nec sciens nec melius dispositus quam sciens. Si contingit aliquid esse tale ut sit melius dispositus quam sciens non possibile autem magis credere quam non contingunt super sciri ab ipso. vel ut habet alia littera quam non existunt super sciri ab ipso et hiis super que scit. quod dicit quod neque sciens neque melius dispositus quam sciens non potest magis credere vel potest magis cognoscere ea que non scit et que non contingunt ipsum scire quam ea que scit et videtur quod accidat ad hoc. i. contingit istud impossibile quod aliquis non magis credat hiis que novit quam hiis que non novit nisi aliquis crederetur. i. de nullo credentium aliquid conclusionem propter demonstrationem precognitum. i. magis cognitum super ipsa principia. et quod sic est ne accidat nobis tale inconveniens oportet concedere quod necesse est aut magis credere principiis aut omnibus aut quibusdam quam conclusioni.

Notandum autem quod ait quod aliquis de nullo credetur. vel aliquis credens conclusionem propter demonstrationem oportet precognoscere. i. magis cognoscere super principia. et si aliquis crederet quod in non propter demonstrationem sed et per sensum vidisset sic esse non oportere quod magis sciret principia quam conclusiones sed qui non credit nisi sciat conclusionem nisi per demonstrationem et per principia oportet quod magis credat et magis sciat principia quam conclusionem.

Notandum quod si nescio conclusionem nisi per principia principia scio per se. conclusio autem per se considerata non est nisi nota nisi ut respicit principia. etiam cum sub hac ypotesim conclusio secundum se sit mihi ignota. principia autem sunt mihi nota. Si non magis credam principiis quam conclusioni non magis credam hiis que novi quam hiis que non novi quod est impossibile et nec sciens nec melius dispositus si aliquis sit talis non potest magis credere hiis que non contingunt ab ipso sciri quam hiis que scit.

Notandum quod principia precognoscuntur conclusioni possunt ergo esse principia nota et conclusio ignota. si ergo magis non crederimus principiis quam conclusioni possemus non magis credere hiis que scimus quam hiis que nescimus quod est impossibile.

Notandum quod possumus hec omnia declarare cum dicit in littera quod non possibile est magis credere que non contingunt sciri ab ipso que scit. i. quam ea que scit. propter quod dicendum hoc volo quod si homo non magis crederet principiis quam conclusioni sciret per principia accideret hoc inconveniens quod aliquis magis crederet hiis que non contingunt sciri ab ipso quam eis que scit. totum ergo hoc dictum potest referri ad ipsas conclusiones ut sit sensus quod si non crederemus magis principiis quam conclusionem quam scimus per principia sequeretur quod equaliter vel minus crederemus hiis que non scimus. i. conclusioni ut non est scita id est. nota esse potest quod eque vel magis crederemus conclusioni quam principiis in quantum possibile est per se non sunt principiis sed quod est per se tale est magis tale quam quod per aliud hac ypotesi stante quod non est per se nota sed quantum modo est ignota esset magis nota quam ut est nota per principia sed quantum modo hec conclusio autem non potest exponi textus ut non totum hoc dictum referatur ad conclusionem sed una pars referatur ad principia alia ad conclusiones ut sit sensus quod si non magis crederemus principiis quam conclusionibus sequeretur hoc inconveniens quod eque vel magis crederemus conclusioni quam non novimus quam principiis que novimus nam si non crederemus magis principiis quam conclusionibus esset quod per se cognoscibile et esset cognoscibile per principia nam quod est quod semper per se et ipse est cognoscibilis per principia sed est possibile quod possumus non magis credere principiis quam conclusioni ex hoc scilicet quod habent aliquam cognitionem quam non habet a principiis et ergo quod non per se ipsa sunt ut est nota per se habet equalem notitiam cum principiis et etiam esse notum per aliud est aliquam esse notum quod que per se non ipsa etiam magis nota per aliud quam que secundum rectum ordinem cognoscendi sunt solum per se nota conclusio ergo quod ut loquendo per se sit ignota. si non crederemus magis principiis quam conclusioni quod ut est per se nota sed quantum modo est nobis ignota esset nobis magis credibilis quam ipsa principia que sunt nobis nota. Nota ergo non contingere si non crederemus magis principiis quam conclusioni quod crederemus magis vel eque conclusioni quam non novimus quam principiis que novimus sumitur etiam ex hoc scilicet quod sit per se nota sed quantum modo est ignota.

Notandum quod sicut prima ratio fundabatur credo quod per principia scimus sic hec ratio suscepit fulcimentum credo quod tempore vel natura prius sciamus principia et per se cognoscendo notitiam venimus in cognitionem conclusionis vel possumus dicere quod quia ratio fulcimentum accipit hec et illa utraque enim quod principia esse magis nota quam conclusio et eo quod per ipsa conclusio cognoscatur. differt autem hec ratio ab illa quia hec est ad impossibile illa est ostensiva. conclusione

Dubitaretur forte aliquis quare philosophus in precedenti ratione ait quod oportet precognoscere et magis nota esse omnia principia aut quedam et in hac ratione non repetit dicens quod omnibus principiis aut quibusdam necesse est magis credere quam conclusioni.

Ad quod quia cognoscere conclusionem quantum ad presens spectat est attendere quod duplex diversitas est. nam ibi diversitas principiorum et hec est duplex quia quedam sunt principia extrinseca ut dignitates quedam intrinseca ut premisse. Rursus

premisse sunt due scilicet maior et minor, ex parte quarum principia sunt due dubitationes. Tertia dubitatio est ex parte modi cognoscendi, quia quod aliquid per cognita vel per sensibilia, ut qui videt lunam eclipsari, vel per rationem, qui scit quod ibi interponitur terra. Quarta dubitatio est ex parte scientie, quia aliquis quando plus per aliquam scientiam subalternantem, aliquis vero per subalternatam. Quod ergo philosophus ait quod oportet precognoscere omnia principia aut quedam, vel potest hoc referri ad dubitationem principiorum, vel ad dubitationem premissarum, vel ad dubitationem modorum cognoscendi, vel ad dubitationem scientiarum. Si referatur ad dubitationem principiorum, tunc est sensus quod ad probationem alicuius conclusionis concurrit principium per se notum ut dignitas, et principium non per se notum ut medium demonstrationis, quod in genere dicitur demonstratio secundum eam videremus. Verbi gratia, quod ad probationem huius conclusionis quod triangulus habet tres concurrit hoc principium: que uni et eidem sunt equalia; et concurrit hoc medium, quod habet angulum extrinsecum equivalentem duobus intrinsecis. Primum principium est per se notum, secundum vero non, ut esse eque ignotum sicut conclusio, nam ignorans geometriam eque dubitabit de angulo extrinseco sicut de hac conclusione, et eque dubitat utrum triangulus habeat hunc angulum sicut utrum habeat tres. Oportet ergo precognoscere omnia principia aut quedam, cum omne est si non precognoscamus omnia, vel si non precognoscamus per principia propria ingredientia demonstrationem secundum eam, tamen quedam principia quedam, ut dignitates que ingrediuntur secundum virtutem. Secundo modo hoc potest exponi referendo hoc ad dubitationem premissarum. Dicebamus enim supra quod maior precognoscitur tempore conclusione, sed quod ad minorem si ille terminus (?) simul cognoscuntur tempore. Ergo et si non precognoscuntur omnes premisse, quia non oportet quod precognoscatur minor, precognoscitur tamen quedam, quia precognoscitur maior in illis; ergo demonstrationibus precognoscuntur maiores tempore, non minores. Tertio modo potest exponi littera referendo hoc ad dubitationem modorum cognoscendi, nam ut dicebam aliud quod aliquid cognoscitur per sensum, ut qui videt sic esse, aliud cognoscitur per rationem et propria principia. Cum ergo cognoscitur per sensum non oportet principia esse precognita, ut si videmus solem eclipsari et ex hoc scimus eclipsim solis, non oportet precognoscere interpositionem lune. Sed si per rationem et propria principia habemus notitiam de eclipsi solis, oportet illa principia precognoscere per que solis eclipsis cognoscatur. Principia ergo oportet precognoscere et si non omnia, id est si non quantum ad omnem modum cognoscendi, tamen oportet precognoscere quedam, id est quantum ad quendam modum; nam si non oportet precognoscere principia per nostri cognitionem in sensitivo et per viam sensus, oportet tamen precognoscere ea quantum ad nostri cognitionem in ratiocinativo et per propria principia. Quarto modo potest exponi quod dictum est referendo hoc ad diversas scientias, nam licet scientia subalternans et superior resolvat usque

in principia per se nota, scientia tamen subalternata et inferior non sic resolvit usque in principia per se nota, sed aliquando resolvit usque in principia que in superiori scientia sunt probata. Conclusiones ergo perspective probantur per aliqua principia non in perspectiva et per aliqua principia non in superiori scientia, ut in geometria. Ad sciendum ergo aliquam scientiam conclusionem perspectivam et sic non oportet scire omnia principia, quia aliqua principia presupposita perspective a geometria, et perspectivus sic quod habet nescit illa. Oportet tamen precognoscere quedam, quia oportet precognoscere principia illa que in perspectiva scientia sunt probata. Ex quibus ergo huiusmodi potest una talis veritas declarari, quod si conclusio non sit scita via sensus, sed sit scita per propria principia et per demonstrationem, oportet precognoscere vel omnia principia per que probatur illa quantum ad scientiam subalternantem, vel saltem oportet precognoscere quedam quantum ad subalternatam. Vel aliter oportet precognoscere et si non omnia saltem oportet precognoscere quedam, quia oportet precognoscere dignitates. Vel ad hoc aliter oportet precognoscere in tempore et si non omnia principia, quia non oportet sic precognoscere minorem, oportet tamen precognoscere quedam, quia oportet precognoscere dignitates et maiorem. Non est enim intelligibile aliquem per demonstrationem et propria principia cognoscere conclusionem aliquam et non magis assentire principiis illis. Ideo cum philosophus vult ostendere esse principia magis nota, semper loquitur de notitia conclusionis ut habetur per demonstrationem et propria principia, non autem ut habetur via sensus et per experientiam.

Ulterius forte dubitaretur quod aliquis possit esse magis dispositus quam sciens, ut philosophus in textu videtur innuere. Dicendo quod secundum quosdam licet sit bonum dictum, tamen hoc dicit philosophus habitum principiorum est melius dispositus quam sciens, id est quam habens habitum conclusionum. Sed hoc non videtur sufficere, nam cum habitus principiorum includat habitum conclusionum eo quod per principia cognoscatur conclusio, non videtur distinctio facienda inter ea que se invicem includunt. Propter quod sciendum quod hoc potest verificari primo ut referatur ad dubitationem modorum cognoscendi, secundo ut referatur ad dubitationem scientiarum, tertio addi (?) ad dubitationem complexam. Potest enim contingere quod aliquis via sensus cognovit conclusionem aliquam, ut scit eclipsim lune qui vidit lunam eclipsari. Rursus potest contingere quod aliquis cognoscat principia aliqua et tamen ignoret conclusionem que potest ex illis principiis elici, ut aliquis possit scire motus orbium celestium et scire quomodo sol et luna possunt habere oppositionem in situ ita quod unum sit in capite Draconis et alterum in cauda, et scire quod in tali oppositione interponitur terra, et tamen non perscrutaretur quomodo ex tali interpositione causatur eclipsis. Possumus enim scire principia et ignorare conclusionem, ut dicetur in textu de subalternatis (?). Sciens ergo principia per que licet fiat eclipsis est me-

lius dispositus quam qui non per causam principiis sed via sensus cognoscat ipsam eclipsim. Secundo modo hoc potest exponi quantum ad diversitatem scientiarum ut patet de scientia subalternante et subalternata sicut medicina subalternatur scientie illi videlicet enim multos scientes artem medicine cognoscentes urinam et facientes bonas curas ignorantes tamen naturalem philosophiam et videmus multos naturales philosophos ignorare medicinam cum igitur de scientia subalternante tradatur principia scientie subalternate scientes scientiam subalternantem habent noticiam principiorum est melius dispositus quam sciens scientiam subalternatam habens noticiam conclusionum. Natura enim philosophus ignorans medicinam est melius dispositus quam medicus ignorans naturalem philosophiam. Aliter igitur tamen totum exponebat sicut videlicet quod non possunt sciri conclusiones sine principiis propter hoc quod per scientiam subalternatam et per viam sensus possunt sciri aliquae conclusiones quarum principia ignorantur hoc probat sive non sit scire potissimum sed sit scire quoniam et sic ad scire enim potissimum sed requiritur cognitio principiorum et causa sicut supra quod locus non amplius dese sunt ignote et non cognoscuntur non per principia sicut ut supra dicebatur. Tertio modo potest exponi referendo hoc ad diversitatem complexionum secundum quam ille qui est aptus natus et est mollis carne datur quod non sit exercitatus in scientia est melius dispositus ad scientiam propter bonitatem complexionis quam durus carne si per longa tempora studio studuerit et sic licet tamen cognoscens sit sciens sed sit melius dispositus sive non paratus vel non propter magis credere hiis que non novit quam hiis que novit et cetera. Si non magis credendum principiis quam omne scire per principia ut est propter hoc magis credentem hiis que non novimus quam hiis que novimus cum igitur hoc sit impossibile et propter quod non sunt nobis principia magis nota. Deinde cum dicit magis autem debentem. Adducit maiorem rationem super tamen credo quod principiis debemus firmiter adherere formetur autem sic. Quicumque sicut credit principiis et firmiter adheret eis non solum sunt ei principia magis nota veritate sed et opposita principiorum sunt ei magis non credibilia. Sed nos principiis firmiter adherere igitur et cetera. hoc est quod ait magis autem id est amplius quam dictum sit dicere possumus quod debentem habere scientiam per demonstrationem non solum oportet principia magis cognoscere et ipsis magis credere de super veritate quam ei quod demonstratur id est conclusioni sed in ipso id est ab ipso debet esse credibilius in noticia opposita principiis super falsitate quam sibi opposita principiis et cetera. Silogismus que deceptioni id est ignorancie est cum hoc quod demonstratur est cognitio probanda. Nam quod principia esse magis nota veritate et opposita magis non credibilia falsitate

Sed quod sciens simpliciter non credit esse super principiis hoc est quod probatum principiis quod non debemus esse credibiles principiis sed debemus firmiter adherere illis quod principia debent nobis magis nota veritate et opposita falsitate quod firmiter adherens et non dubitans de veritate alicuius principii non dubitat de falsitate oppositi. Est autem quod cum tres assignavit rationes quod magis debent esse nota principia quam conclusio. Tercia ratione mencionem fecit de conclusione non per demonstrationem et per suam propriam quod ut sepe supra dictum est sive per viam sensus vel alia quam per demonstrationem et per sua principia cognoscitur non aliter conclusio. Talis noticia non oportet esse magis nota principiis quam illa. Est quod dicit silogismus falsigraphus a silogismo ignorancie vel a silogismo quod deceptus quod silogismus ignorancie accipit opposita principiis ut si dicat geometer quod linee ducte de puncto ad punctum sunt equales dicens silogismus quasi deceptionis quod hee linee non sunt equales falsigraphus tamen accipit eadem principia sed male intelligit illa ut si accipit geometer quod linee ducte de puncto ad punctum sunt equales hoc est principium accipit falsigraphus ad probandum circulum quadratum. Sed geometer hoc de hiis principiis bonum intellectum quod intelligit de lineis rectis. Falsigraphus autem habet intellectum prout sunt quod in illis de curva et recta. Igitur quidem propter

Quibusdam id est et cetera. Postquam philosophus ostendit quod demonstratio est ex primis et dixit et declaravit quod scire est per demonstrationem in parte ista ut dicebatur removet quosdam errores qui possent habere originem ex predictis. Sunt autem isti errores duo. Primus est quod nichil contingit scire sicut non est scientia per principia et prima non sunt scita quod non est devenire ad ipsa vel non habet causas per quas sciantur videlicet omnino concludit quod nichil contingat scire. Secundus est error est quod omnium sit scientia per demonstrationem. Hii enim sic errantes volentes salvare quod contingat esse scientiam et quod contingat scire non credentes quod possit esse scientia nisi per demonstrationem concesserunt quod omnia possunt sciri per demonstrationem et quod circulariter demonstrare et cetera. Et igitur facit quod primo narrat hos errores. Secundo adducit errores et destruit errores illos. Sed ibi supponens enim et cetera ibi Nos autem dicimus. Dicit igitur quibusdam igitur quidem propter id est quod oportet prima scire non videtur esse scientia et cetera quod omnia negaverunt esse scientiam quod cum operet scire principia primum dicunt quod sit scientia et cetera ut probabant et ipso est scire probabant ipso est sicut dicebant impossibile est ad scire vero dicit quibusdam autem super videbatur omnium quidem esse demonstrationem et cetera quod alius error est quod omnia possunt demonstrari. Quorum neuter verus est nam neuter necessarius. Neutrum enim habet

opionū est vā ⁊ nulla eaꝝ est nec̄a.i. nulla eaꝝ
hꝫ nec̄ias rōes ¶ Deīn cū dr̄. supponentes .n.
adducit hoꝝ errorꝫ rōes ⁊ fulcimīta. ee qꝛ d. f.
qꝛ p° ō quō fulciebāt errorē suū dicētes q n̄
ōr scire ¶ Scdo declat quō muniebāt suū
errorē dicētes q potuīt oīa demrāri ibi. c̄ōn
.n. q ipm̄ scire. ee pⁿ d. f. qꝛ p° ō quō aliqui
ꝓbabant n̄ ee sciam. sꝫ i cāus sit abire in
infinitū. So declat quō negabant ee sciam si
sit deuenire ad aliā p̄ .i. ex sistent. In p̄
pte t̄ciō talē rōm. vbicūqꝫ est abire ī infi
nitū n̄ est deuenire ad alia p̄ma. ⁊ ꝑ ꝯn̄s. n̄ ꝑ
p̄ma ō scire posteriora. īmo h̄ posito n̄ ō scire
g̊ si in cāis est abire ī infinitū nō est deueni
re ad aliā p̄ma. n̄ ꝑ p̄ ō scire posteriora ⁊ ꝑ
ꝯn̄s n̄ ō scire. h̄ est g° q ait supponētes .n.
n̄ ee oīo scire. hii eñ ī finitū nolūt reduci ⁊
nolūt q esse reducat ī infinitas cās tacēm n̄
sint nec̄ sacientes posteriora ꝑ p̄ma. qꝛ si est
ꝓcedē ī infinitū ī cāis nō est ibi dare aliā p̄ma
ꝑ que possint sciri posteriora. nō sedit quoꝝ
sup̄ reductoꝝ ī infinitū l' eꝝ ī finitoꝝ n̄ ee s̄ rēc
sūt dicentes ī pōle est .n. ī finita ꝑtransire ¶ Alio
aūt q eū ult̄ p̄ma nō sit ꝓcessus sꝫ i' sit sta
tꝰ ⁊ ibi sit finis sꝫ ī infinitas ēēt deuenire
usqꝫ ad p̄ ī finita hūs fine ⁊ ꝯtīger ī finita ꝑ
transire r̄te g̊ dicit dicēs ī finitoꝝ nō est p̄ qꝛ
ī pōle est ī finita ꝑtransire. ⁊ ī infinitas ī pōle est usqꝫ
ad p̄ deuenire ¶ Alio ī q si nō est scire n̄ ꝑ p̄
eū ī infinitas nō sint aliq̄ p̄ma. posito ꝓcessu
ī infinitū tollit ee scire ¶ Dubitatꝫ forte ds
uer̄ r̄apud sit vā. q si ī cāis ēēt ꝓcessꝰ ī infinitū
q tolleret oē scire ⁊ uir q nō. qꝛ res sic se hꝫ ad
ee. sic se hꝫ ad ꝯgnīa ut pꝫ ex scdo me^te. sꝫ scdm
opionē phi p̄ a'd ee ex ī finitas cāis g° pt ꝯgnoscī
ei sciam si ꝑ opidim phi mūdꝰ est etnus hūc
filiū ꝓcesserūt ī finiti pres. sꝫ tū quodꝫ est tā
cāe sit tā cāti nō solū pr̄ est cā filii sꝫ ī aui
qui est cā pris ⁊ ꝑauus q est cā aui ⁊ sic ī in
finitū. et̄ g° iste filꝰ ex ī finitas pribꝫ ⁊ ꝑ ꝯn̄s p̄ ali
q̄ res ee ex ī finitas cāis ⁊ ꝑ an rōe posit ꝯgnosci.
¶ Ad q ꝑ ꝯm̄. rōm phi. ī cāis ꝑse nō p̄ ee
ꝓcessꝰ ī infinitū. sꝫ ī cāis ꝑaccīis. accīt .n. isti mar
tello q ꝓcesserint ipm ī finiti martelli ⁊ accīt
isti filio q sit ex ī finitas pribꝫ ars .n. fabrilis que
lꝫ ars h̄t ī finita organa. pt tū h̄re ī finitos
martellos ꝑaccīs sic sol ⁊ hō ⁊ alie cause
que ꝑse ꝯcurrūt ad gñōm hoīs sūt finite secꝫ

do tū viā phi q mūdꝰ sit etnꝰ successiue fuīt
ī finiti hoīes sꝫ h̄ est ꝑaccīs. qꝛ si vnꝰ hō possꝫ
durare ī toto tpr̄ nō oporteret p̄cessisse ī fi
tos hoīes n̄ ēēt h̄ filꝰ ex ī finitas pribꝫ eū g° scīa
nō sit ꝑ cās ꝑaccīs sꝫ ꝑ cās ꝑse. si ī pōle est
cās ꝑse multiplicari ī infinitū. ī pōle est aliq̄
sciri ex ī finitas cāis vel aūt via aīl decethi
tate mūdi sic vā ostendimꝰ diffuse ī viii. phi.
q nō dato tū q vā ēēt ī finitas eaꝝ repugnāt
ret scīe. qꝛ ī ꝑ viā illā nō possunt ee ī finite cāe
aliq̄ ꝑse sꝫ ꝑaccīs de qbꝫ nō ꝯsidat scīa.
¶ Deīn cū dr̄. ex sistent. adducit rōm
negancium sciam si sic stat ī cāis. fore aūt
sic rō. Ignorātis p̄mis n̄ sciūt sꝫ dato q sic
statꝰ ī cāis ⁊ q optēat deuenire ad aīa p̄. oꝫ illa
p̄ ignorari cū nō habeant cās ꝑ q̄s sciant
ꝯ ill' g° ignoratis n̄ sciūt. h̄ est g° q ait ꝯ
tinuet aūt sic līa. deīn est q si ī cāis sit
ꝓcessꝰ ī infinitū q nō ō scire. ī sistent .i. si sit
statꝰ ī cāis ⁊ si sint p̄n̄ .i. si sit deuenire ad
aliq̄ p̄ hec ignota sup̄ ee oꝫ cū nō sit de
mrācō ipōꝝ p̄moꝝ .i. cū p̄ habeant cās ꝑ
q̄s sciant ⁊ demrant q sup̄ scire ꝑ cās ⁊ ꝑ
demrācōꝫ solū dicit ee ve scire. si uē nō
est .i. nō ō p̄ma scire. nꝫ que sūt ex ipīs n̄
est .i. n̄ ō scire simpl' nꝫ ꝓpe. ignoratis .n.
p̄mis nō ō scire alia simpl'. sꝫ si sciūt hoc
est ex ꝯdicōe .i. ex suppōe si sint illa .i. si
sint p̄ ¶ Dubitatꝫ forte ds. dato q ig
norent p̄ uer̄ possit sciri alia ⁊ vr̄ q sic.
sciam geometria nō resoluit usqꝫ ī p̄ma
cōm. n̄ est aliq̄ demrācō geometria que
resoluat usqꝫ ī p̄ma eaꝝ sꝫ ꝓbat demrā
tiue q ī angulꝰ hꝫ tres. qꝛ hꝫ angulū extri
secū ⁊ ondit ꝑ demrācōꝫ q sup̄ q̄lꝫ linea p̄
quilꝫ ī angulꝰ collocari eo q sup̄ qcūqꝫ ca
put cuicūqꝫ linee potest ciculū ꝯnecti uel
spaciū occupādo describere sꝫ g° scire est
ꝑ demrācōꝫ ⁊ demrācō nō resoluit usqꝫ
ad p̄ma eaꝝ p̄ ee scīa ignoratis p̄mis.
¶ Ad q ut pꝫ ꝑ h̄ita. aliq̄ ī grediunt̄ de
mrācōꝫ ꝑ sciam. aliq̄ u' ꝑ v'tute q̄m ad ea que
ī grediunt̄ demrācōm ꝑ sciam nō sit re
solō usqꝫ ad oīo p̄. qꝛ ī e ꝓponēs oīo p̄n̄ lo
cū optinent dignitates que nō ī grediunt̄
demrācōꝫ ꝑ sciam. sꝫ q̄m ad ea que ī gredi
unt̄ demrācōꝫ ꝑ v'tute n̄ scit demrātiō n̄
fiat resolō usqꝫ ad p̄ma ut pꝫ ī ꝓpōbꝫ geom̄.

nam si ibi p̄ma.

nam si ibi prima propositio ostendit [illegible], secunda etiam tertia quarta et sic deinceps non scies quartam propositionem nisi scias tertiam, nec tertiam vel secundam scire potes nisi scias primam. quod si tu scires propositionem quartam vel tertiam et ignorares aliquam precedentium ut tangitur in littera, vel scires illam propositionem simpliciter non, non posses dicere simpliciter quod ista propositio esset vera. Sed quod esset vera si precedentes sunt vere. ergo hic secundo quod propositiones sequentes reducuntur in primam propositionem, propositio vero prima reducitur in suppositiones. suppositiones autem geometrie vel petitiones reducuntur in communes conceptiones sive in dignitates. nulla enim conclusio perfecte scitur nisi fiat reductio usque in suppositiones que possunt ingredi demonstrationem propter quid. Sed quia ipse suppositiones non sunt note nisi sciatur quomodo reducuntur in dignitates que ingrediuntur demonstrationem propter virtutem, ipse in dignitates non sciuntur nisi sciatur quomodo reducuntur in hanc dignitatem supremam que est de quolibet affirmatio vel negatio. hec est propter hanc dignitatem propter quam cetere dignitates alie roborantur. licet hec dignitas de quolibet affirmatio que est principium complexum reducatur in principium incomplexum scilicet in ens vel esse. fundatur enim hec dignitas immediate super ipso ente sive in ipso esse; ipsum autem ens sive ipsum esse reducatur in ens sive deum. Primum ergo principia sciri simpliciter ignorato ente primo. cum ergo ignorat hunc ordinem et nescit sic scita reducere sciat se non scire. Verum ergo dictum est quod qui autem in [illegible] propter scire hec auditus sive particularis demonstrative ignorata prima causa. non ergo scitur quod non sciatur primum [illegible] sit ignorata prima causa. Sed ad hoc scire non oportet scire primam causam propter quid non quod est. Sed sufficit de ea scire quia est causa et quia est. quod ergo arguitur quod in demonstrabilibus non sit resolutio usque ad primam causam patet quod licet non fiat talis resolutio quantum ad ea que ingrediuntur demonstrationem propter quid, sic tamen quantum ad ea que ingrediuntur demonstrationem propter virtutem. ¶ Videtur forte dubitari aliquis utrum oporteat sic istas dignitates scire resolvere usque ad primam causam et videtur quod non quia dignitates sunt ille quas quilibet probat auditus. Sed aut dignitates quasi loco ianue in domo quam nullus ignorat. Dicendum ergo quod dignitates sunt sic in parato sic se offerunt intellectui quod quilibet intellectu [illegible] considerantur eas veras esse. tamen non quilibet sciat eas resolvere usque in primam causam. ad hoc quod dignitates sint note et ad hoc quod assentiamus eis non oportet quod sciamus eas sic resolvere. Inconveniens est quod in superiori problemate dicebatur. ¶ Dicit quod quodam modo de hiis dignitatibus sicut et in logica videmus contingere simpliciter ydiote [illegible] arte dyalectica. Sed sicut autem videmus ydiotas arguere et solvere rationes, ad quod propositionum cum modum arguendi et concinnandi doceat logica, ydiotarum est ergo arguere et concinnare. Sed dyalecticorum non est scire quis modus arguendi sit potior et cum sillogismus inter argumentationes sit potior, dyalecticorum est scire resolvere sillogismos in propositiones et terminos, et qui nesciret hoc facere non mereretur dici dyalecticus. Sic et in propositione possunt ydiote scire quod totum est maius sua parte et quod de quolibet oportet affirmationem vel negationem veram esse. Sed nullus scit has dignitates modo scientifico et per modum artis nisi sciat eas resolvere usque ad primam. Modus ergo scientificus requirit ut sciamus conclusionem quamcumque quam volumus scire scientifice resolvere in premissas, premissas in suppositiones, suppositiones in dignitates, dignitates omnes in hanc dignitatem communissimam de quolibet affirmatio. dignitatem autem hanc debemus scire reducere in ens vel esse, ens autem vel esse in esse primum. qui ergo hunc modum reductionis ignorat licet possit aliquo scire modo ydiotarum non tamen scientifice novit.

¶ Deinde cum dicit quidam enim quod ipsum scire, ponit alium errorem videlicet quod omnia sciuntur demonstrative et quod contingit circulo demonstrare dicens. quidam enim super dicunt quod ipsum scire sit id est contingat per demonstrationem solum non esse simpliciter scire sed possibile est nil prohibet omnium esse demonstrationem. contingit enim fieri per circulationem demonstrationem [illegible] hac non contingit demonstrare ex prioribus. immo et hoc id est primum conclusionis id est demonstrationis conclusionis id est ex conclusionibus que sunt premissarum conclusiones sunt ad invicem demonstrabilia. [illegible] ergo istorum est quod sit id est contingat aliquod scire et quod non contingat scire nisi per demonstrationem, voluit enim quod omnium sit demonstratio et quod contingat circulariter demonstrare. ¶ Deinde cum dicit nos autem dicimus, improbat errores predictos. et primo [illegible] improbat errorem dicentium quod non contingit scire. Secundo errorem ponentium quod omnia possunt sciri per demonstrationem et quod contingit circulo demonstrare ibi circulo quoque. [illegible] primo dicit [illegible] proponit quod intendit. secundo manifestat quod dixerat ibi et quod hoc quidem. dicit ergo nos autem dicimus non omnem scientiam esse demonstrationem id est non omnia sciri demonstrative sed immediatorum et indemonstrabilium simpliciter esse scientiam quod dicit quod immediata principia sciuntur non per demonstrationem sed indemonstrabiliter. ¶ Deinde cum dicit et quod hoc quidem, manifestat quod dixerat, dicens enim quod aliqua sunt immediata et quod eorum est scientia sed non per demonstrationem. secundo dicit [illegible] quod oportet devenire ad aliqua immediata quibus non sunt aliqua priora. secundo dicit quomodo illorum sit scientia ibi et hec quidem dicimus. dicit ergo et quod hec [illegible] super quod dictum est necessarium sit [illegible] est quod dicen

dicendum quod non. Unde dicendum quod sunt aliqua immediata, et probat et declarabit quomodo illorum sit scientia. Ideo autem si non necesse est scire priora ex quibus est demonstratio, stant autem aliquando in immediatis. Id est oportet in talibus non ire in infinitum, sed oportet talia esse statuta et devenire usque ad immediata, et subdit quod hec quidem priora id est immediata necesse est indemonstrabilia esse.

Illud autem quod cum indemonstratione probatur, passio de subiecto oportet quod probat hic demonstrationem esse medium inter passionem et subiectum, sive inter maiorem et minorem extremitatem, et quia inter duos terminos non possunt esse infinita media, oportet devenire usque ad immediata. Nam si hic probatur per hic et illud per aliud, membrum in infinitum. Sed oportet devenire ad aliqua que sunt immediate. Inhereret subiecto quod inter predicatum et subiectum non potest assignari aliquod medium per quod possit demonstrari. Dicere autem esse infinita media inter quaelibet subiectum vel predicatum vel inter quelibet duo aliqua est dicere infinitum esse finitum. Nam quod quod est inter aliqua illa terminus que est sunt ei et fines eius, quod omne tale est finitum et terminatum quia habet fines et terminos. Quare si infinita essent inter aliqua duo sive inter aliquos duos fines et terminos, infinita essent finita et terminata, quod est impossibile. Unde quod dictum est quod hic media stant et quod est devenire usque ad immediata que demonstrari non possunt.

Deinde cum dicit et hec quidem dimensio quod est devenire usque ad immediata, principia declarat que sunt hic principia sciuntur dicentes. Et hec quidem dimissio sive esse immediata et dimissio supra eorum non solum esse scientiam sed et esse quandam principium scientie notitiam, id est principium non solum mentem dicimus scientiam, sed quandam principium scientie. Nam per principia cetera alia cognoscuntur, et subdit dicens super hoc principia cognoscimus in quibus terminos cognoscimus, scimus enim quod omne totum est maius sua parte, si cognoscimus significata horum terminorum et scimus quid importatur nomine totius et quid nomine partis.

Dubitaret forte aliquis utrum principiorum sit scientia, et utrum possimus nos dicere scire principia. Dicendum quod sicut motus ille secundum quem prius fertur potentia, sive sit habitualis sive actualis, sortitur nomen potentie eo quod sit potentia primus motus. Aut alius sortietur nomen quod patet exemplo voluntatis. Nam voluntas prius fertur in finem per ea fertur in ea que sunt ad finem, ipse autem motus in finem et ipse appetitus finis eo quod multum sit proprius potentie et sit immediatus illi, ideo sortitur nomen potentie et dicitur voluntas. Motus autem in ea que sunt ad finem habet alterum nomen et dicitur electio, unde secundum philosophum in III Ethicorum voluntas est finis, electio eorum que sunt ad finem. Et sicut se habet in exemplo voluntatis in finis et eorum que sunt ad finem, sic se habet intellectus in principiis et conclusionum. Nam intellectus immediate fertur in principia, mediate autem in conclusiones, et ipse autem motus in principia et ipsa cognitio
principiorum, eo quod sit propria intellectui et eo quod intellectus immediate feratur in illa, sortitur ideo nomen eius potentie et dicitur intellectus. Ipse ergo habitus principiorum sive ipsa habitualis cognitio eorum dicitur intellectus, cognitio autem conclusionum dicitur scientia. Proprie ergo loquendo de scientia principia non sciuntur sed intelliguntur. Tamen ut communiter ponitur accipiendo scientiam large pro omni certitudinali cognitione, principia sciuntur quia certissime cognoscuntur, immo hic modo loquendo de scientia principia non solum sciuntur sed eorum notitia est principium scientie.

Sed dicit ea assumi sicut manifesta via prius. Notandum tamen quod licet tam dyalecticus quam demonstrator possit interrogare de conclusione, aliter tamen et aliter, quia dyalecticus potest interrogare de conclusione ut probet utramque partem contradictionis. Demonstrator vero sic potest interrogare de conclusione ut concludat alteram partem tantum, videlicet partem veram. Dicit ergo quod differt interrogatio dyalectica a demonstrativa, quia dyalecticus potest tam interrogare de conclusionibus quam de premissis. Demonstrator vero interrogat solum de conclusionibus. Et ulterius dyalecticus sic interrogat ut quecumque pars negetur, si velit, possit oppositam concludere. Demonstrator autem sic interrogat ut non nisi partem veram inferre possit. Unde dicimus demonstratorem non interrogare, quia non interrogat de premissis licet de conclusionibus, vel dicimus eum non interrogare quia non sic interrogat ut quamcumque partem datam possit concludere sed solum partem veram inferre potest.

Aliquis forte dubitabit ad hoc de eo quod dicit talia que sunt interrogationes scientiales et unaqueque scientia ex quibus fiunt sillogismi secundum illam scientiam. Contra. Interrogatio demonstrativa non est premissa sed conclusio, cum igitur ex conclusionibus non fiant sillogismi sed ad conclusiones, que interrogationes non fient sillogismi sed ad interrogationes. Dicendum quod duplex est demonstratio, ostensiva et ad impossibile. In demonstratione ostensiva demonstrator non interrogat de premissis sed assumit eas vel tamquam per se notas vel tamquam ex per se notis ostensas. Potest tamen si velit interrogare de conclusionibus sed non est in consuetudine. Quod ideo quod est, quia in una demonstratione sit premissa, in alia demonstratione ex interrogationibus igitur possent fieri sillogismi demonstrativi, quia ex interrogationibus et conclusionibus demonstrationum precedentium possunt fieri premisse et propositiones demonstrationum sequentium. In demonstratione autem ad impossibile patet magis verum esse quod dicit. Propter quod sciendum quod demonstrator licet possit interrogare de conclusione demonstrationis ostensive, tamen si vult potest absque interrogatione procedere, potest enim assumere premissas et concludere conclusionem intentam. Sed in demonstratione ad impossibile, quia est necesse interrogare, interrogat enim demonstrator de conclusione quam vult concludere per impossibile, vel eam concedat adversarius vel non. Quam si concedit, habetur intentum. Si vero neget, assumit id quod adversarius ponit et concludit ex eo aliquod impossibile, quo concluso redit super id quod adversarius dicebat et ostendit falsum adversarium dicere et verum esse suum oppositum. Igitur in demonstratione ad impossibile quodammodo ex interrogationibus fiunt sillogismi, quia ex eo quod interrogat adversarius et ex eo quod adversarius dat fit sillogismus ad concludendum impossibile. Semper igitur et in demonstratione ad impossibile demonstrator interrogat de conclusione quam vult probare. Sed si negetur illa, ex opposito eius quod potest dici interrogatio que data fuit ab interrogato adversario, ex tali interrogatione et ex eo quod adversarius interrogatus dedit concluditur impossibile, propter quod destruitur quod adversarius concessit et astruitur quod demonstrator intendit. Patet ergo quomodo ex interrogationibus fiunt sillogismi demonstrativi tam ostensivi quam ad impossibile.

Deinde cum dicit non est itaque, concludit ex dictis quod non omnis interrogatio est cuiuslibet scientie, itaque quod non omnis interrogatio est geometrica vel que est medicinalis, idem autem est et in aliis. Itaque quod non omnis interrogatio est utique geometrica neque medicinalis, similiter autem et in aliis scientiis. Supple sed hic quod non omnis interrogatio est cuiuslibet scientie.

Deinde cum dicit sed ex quibus, postquam ostendit quod quelibet scientia habet suas interrogationes et suas propositiones, subdividit et distinguit huiusmodi interrogationes et propositiones, ostendens quomodo potest dici propositio vel interrogatio geometrica vel alicuius alterius scientie. Potest enim hoc dici uno modo quia est illius scientie vel quia scientie subalterne, ut potest dici propositio geometrica vel quia per eam probat geometer, sed eam solum declarat, probat tamen per eam ad perspectiva contingere. Aut sic non omnes propositiones sunt geometrice, sed dicuntur propositiones geometrice dupliciter: aut ex quibus demonstratur aliquid de quibus est geometria, quod dicit quia dicuntur propositiones geometrice ex quibus demonstratur aliquid in geometria, aut supple sunt propositiones geometrice si ex eisdem demonstrantur geometrice in alia inferiori et subalternata, sicut est speculativa vel perspectiva. Illud autem quod non est propositio geometrica et sic in geometria est minus, tamen quod perspectiva multa assumit que sunt declarata in geometria, ideo contingit aliquid quod aliquid est solum conclusio in geometria quod postea est principium in perspectiva. Illa autem conclusio geometrica quam assumit perspectiva ut principium potest dici propositio geometrica, quia et si per eam non probat geometer sed solum concludat ipsam, probat tamen per eam aliquid geometer in perspectiva. Ideo sunt que geometrice probantur in geometria sed que ex eisdem geometrice probantur in perspectiva, quocumque modo fiat, propositiones geometrice dici possunt.

Dubitabit forte aliquis quia videtur falsum esse quod hic philosophus ait: quia quod est propositio quod interrogatio, sed quod est premissa quod est conclusio. Ideo ergo per quod demonstratur in perspectiva licet possit esse interrogatio et conclusio geometrica, non erit tamen propositio geometrica sed erit propositio perspectiva.

Dicendum quod sicut organum agit in virtute superioris agentis, perspectivus quando aliquid accipit a geometria est organum et instrumentum geometre, ideo significat aut philosophus quod ex eisdem

ordinatur ad geometriam vel pseudographiam nam pseudographia non
pertinet ad demonstrativum ex geometricis nisi demonstret
geometrice vel demonstret in virtute geometrie. Dicendum ergo quod id
quod facit organum in virtute superioris agentis
magis efficitur a superiori agente quam ab orga-
no, quia causa primaria plus est influens quam secunda-
ria. Ita id quod demonstrat pseudographus geometrice
vel per geometriam magis demonstrat per geometriam quam per
pseudographiam. Accipiamus ergo contradictionem que est contra
eadem ad propositionem et ad conclusionem, dicetur ergo contradictio
geometrica que fit in hiis geometricis. Sed hec
contradictio geometrica dicetur proprie geometrica cum per eam
ad concludit geometer. Nam hic signat propositio .c. propositio alio
modo vero premisse sunt proprie propositiones quia sicut ponens
propositionis vel proponere. Cum ergo geometer dicatur concludendo
vel in scientia propria vel in scientia subalternata, quia autem eo
quod concludit in scientia propria ut in geometria concludit
geometer non est dubium, et id quod concluditur per contradi-
ctionem geometricam in pseudographia dubium esse non debet,
cum id plus concludat geometer quam pseudographus quia
plus agit principale agens quam instrumentum. Cum ergo propositio
geometrica omnis contradictio per eam concludit ad geometriam
vel in propria scientia vel in subalternata. Deinde cum dicit
et de hiis eadem. Ostendit quoniam quelibet scientia demon-
strativa habet proprias interrogationes et propositiones secunda-
rio quemodmodum dicitur propositio geometrica vel secundum quamcumque aliam
scientiam. Nullo omnino dicente usque ad quod terminum secundum contra-
dictionem tales propositiones et interrogationes secundum eam communis
est. Eodem conveniens est ad ipsa principia. Illa enim non
interrogantur nec redditur de eis ratio in scientia speciali, ideo autem
et de hiis eadem, idest de conclusionibus vel de hiis circa
que demonstrantur in geometria. Et rationem ponen-
dam esse ex geometricis principiis et conclusionibus, sed principiorum
rationem ponenda non esse geometre, idest a geometer.
Et quod geometer sicut et in aliis scientiis nulla enim scientia
specialis reddit rationem suorum principiorum. Et ergo in talibus
est eodem conveniens est ad principia; talia enim non ulterius
interrogantur nec de eis redditur ulterius in scientia specia-
li nisi forte reddatur in scientia superiori vel in scientia com-
[P]ostea ergo quod de interrogationibus idest de quibus red-
dit rationem propositiones sive premissas conclusiones
ergo resolvantur in premissas premisse autem ille si habent
priores propositiones in illa scientia resolvuntur et redditur de eis
ratio per alia principia vel per alias premissas totiens at-
sit talis resolutio conclusionum in premissas et totiens red-
ditur talis ratio de conclusionibus per premissas donec deve-
niatur ad ipsa principia que non resolvuntur in alia nec
redditur de eis ratio in illa scientia, sed ibi est status et ratio

[P]ostea et quod aliter de hiis scilicet que demonstrantur in
geometria redditur ratio ex geometricis principiis et conclusionibus ex
quo est quod in una demonstratione potest esse principium in alia conclusio,
libet ergo que sunt principia et conclusiones potest reddi ratio
de hiis que demonstrantur in geometria. Vel potest aliter exponi,
ut dictum est quod est quod in una demonstratione potest esse
ratio et principium in alia demonstratione, tamen sic continens in processu red-
ditur rationem alterius alius nisi ipse resolvatur in talia idest
in principia. Ergo non ex conclusionibus tantum sed ex omnibus et ex principiis
in talia scientia redditur ratio de hiis idest de omnibus illis que
supra demonstrantur in illa scientia. Deinde cum dicit
necesse est autem interrogantem. Ostendit quod quelibet scientia habet proprias res-
ponsiones, dicit utique necesse est, idest necesse est interrogantem unum
quemque scientem interrogare secundum interrogationem, neque
sicut omnem interrogatum respondere de unoquoque, sed que
sunt secundum scientiam determinatam, quasi diceret quod sicut scientia habet pro-
prias interrogationes ita habet proprias responsiones et sicut
non spectat ad scientiam aliquam specialem interrogare
omnibus interrogationem ita non spectat respondere ad
quamlibet interrogationem, nec respondere ad quelibet principia, sed ta-
lia mostranda sunt secundum quod requirit scientia determinata
tenetur habere interrogationes et responsiones. Deinde cum
dicit sed autem disputat [illegible] ostendit quod quelibet scientia habet
proprias disputationes esse, quasi diceret sic, sicut probatum est quod demonstrativum
est, ideo probat quod dixerat, ibi: palam est autem. Dicit ergo si
autem disputat super geometriam cum geometra, secundum quod geome-
ter, palam est quod et bene super disputat, si ex hiis super
que sunt proprie geometrice ad demonstrandum si vero
non, idest si non disputat geometrice non bene, quasi
diceret quod geometria habet propriam disputationem, videlicet
disputationem geometricam, ideo si disputatur cum
geometra geometrice bene fit, si non male.
Deinde cum dicit palam autem, probat quod dixerat esse quasi di-
ceret sic quod dicit probat in tertio sic ibi: esse non nece-
ssarium. Potest intendere talem rationem: quicumque non arguit
geometricam non bene disputat cum geometra, sed
non disputans geometrice non arguit geometricam
nisi forte per accidens, ergo talis non bene disputat cum geometra.
De hac autem ratione posset solum minorem illam esse totam
videtur medium. Dicit palam autem super esse quod non est bonum dispu-
tare non geometrice cum geometra quia per super sic dispu-
tans non arguit geometricam. Sed autem super si arguit
cum hic est per accidens. Postea autem quod disputans non
geometrice ut puta disputans musice per se potest arguere
musicam, sed autem arguit geometricam hic erit per accidens
ut si arguat eundem esse geometricum et musicum
quo posito ex quo arguitur musicus per se et ille mu-
sicus est geometer, sequitur quod arguatur geometer per accidens per se eius

non potest argui vel redargui vel temptari geometer secundum quod hic si nesciat respondere in non geometricis vel ex hiis arguere vel probare quod nesciat geometriam. ¶ Deinde cum dicit quare non utique, adducit ad hoc eandem sententiam sed forte aut sic: non iudicetur sciam latere prave disputantem illa disputatio non est secundum illam scientiam vel illa disputatio non bene sit secundum illam scientiam sed disputantibus de geometria in non geometricis, id est in hiis que non sunt propria geometrie latebit arte geometrica prave disputantem quia talis disputatio non bene fit secundum talem artem. De hac autem vide post minorem vel stat tota virtus medii. Deinde cum dicit quare non utique est disputandum de geometria in non geometricis, id est in hiis que non sunt propria geometrie latebit, scilicet supra dictus prave disputantem, id est latebit et non poterit cognosci per geometriam in tali disputatione utrum prave vel bene disputetur. Similiter autem et in aliis scientiis se habet, quasi dicat quod sicut non debemus disputare de geometria in non geometricis, id est in hiis que non sunt proprie geometrie, sic et in aliis scientiis non debemus disputare nisi in hiis que sunt proprie uniuscuiusque scientie. ¶ Illud autem quod ars dicitur esse regula omnium eorum que pertinent ad artem illam. Dicit ergo per regulam cognoscitur quid bene et quid male omnium dependentium ab illa regula, sic per artem aliquam, ut per geometriam, debemus cognoscere omnia ea que spectant ad ipsam utrum prave vel bene fiant illa, et quia disputatio alicuius artis est maxime de spectantibus ad artem ipsam, non disputatur bene secundum aliquam artem nisi cognosci possit per illam artem utrum prave vel bene disputetur.

Quoniam autem sunt geometrice etc. Postquam auctor ostendit quomodo artes doctrinales se habent ad propria, in parte ista circa ipsas artes doctrinales movet quasdam questiones et solvit eas, quod tamen facit quia primo movet hic questiones, secundo subiungit questionum solutiones, tercio ad commendationem artium doctrinalium ostendit quod in talibus artibus accidunt pauciores decepciones quam in aliis; secunda ibi: secundum geometriam autem; tercia ibi: hec autem sunt ut videtur. Eorum prima tamen facit secundum quod tres questiones movet, quia primo movet questiones de conclusionibus, secundo de premissis, tercio de ipsis sillogismis; secunda ibi: et secundum unam conclusionem; tercia ibi: et utrum secundum ignorantiam. Dicit ergo quod cum autem sint interrogationes, id est conclusiones geometrice, nonne sunt et non geometrice? Est ergo prima questio quod cum sint aliqua interrogationes geometrice vel ille que concluduntur ex principiis geometrie, utrum sint aliquae interrogationes non geometrice. ¶ Dubitatur forte aliquis quare videtur illa quod nulla esse, similiter sicut est per se hic tamen quod quelibet ars habet conclusiones et interrogationes proprias sicut habet proprias premissas et proprias propositiones. Rursus hic satis et apparet per auctoritatem. Deinde supposuit quod non omnis interrogatio est geometrica. Sequitur ergo hic querendum utrum sint aliquae non geometrice interrogationes.

¶ Dicendum quod interrogationes ad geometriam se possunt habere tripliciter, nam aliquae sunt interrogationes que sequuntur ex principiis geometrie et sunt in geometria. Alie vero sequuntur ex principiis geometrie sed non sunt in geometria, sed in arte alia. Alie vero nec sunt in geometria nec sequuntur proprie ex principiis geometrie, possunt tamen videri sequi ex talibus principiis. Alie vero nec sunt in geometria nec ex principiis sequuntur geometrie nec habent apparentiam quod sequantur ex talibus principiis. Conclusiones ergo geometrice quedam sunt in geometria et sequuntur ex principiis geometrie; verum quia ex principiis geometrie non solum concluduntur conclusiones geometrice sed et concluduntur multe conclusiones perspective, conclusiones ille perspective que concluduntur ex geometricis propositionibus non sunt in geometria, concluduntur tamen ex propositionibus geometrie. Est autem assignare tercium modum esse talia. Similiter arismetica in multis habet affinitatem cum geometria quia utraque est de quantitate, licet una sit de quantitate continua, ut de magnitudine, alia de discreta, ut de numero. Propter hanc autem affinitatem que est inter utramque utuntur eisdem principiis communibus, ut quod totum est maius sua parte, quod si ab equalibus equalia demas, quod que uni et eidem sunt equalia, et ceteris talibus. Rursus ea que sunt unius transferuntur ad alterum, ut quadratum, cubicum, solidum, circulare, que propria sunt magnitudinum, transferuntur ad numeros et dicuntur numeri esse cubici, quadrati, solidi et circulares. Propter hanc affinitatem inter geometriam et arismeticam possumus videri multis quod conclusiones et interrogationes musice que sequuntur ex principiis arismetice quod sequerentur ex principiis geometrie, ita quod interrogatio musica esset aliquando geometrica, quod falsum est. Quod si alicui videatur esse eo quod eisdem principiis communibus utuntur hec et illa, ideo dicat quod si sequitur ex principiis unius quod sequatur ex principiis alterius, quia eadem sunt principia communia hinc et ibi, dicens decipitur per falsam acceptionem, quia principiis communibus in sua communitate non utitur nec hec nec illa, sed quelibet accipit de eis quantum requirit genus sibi subiectum. Conclusiones ergo musice que sequuntur ex principiis communibus applicatis ad numeros, non autem ad magnitudines, ideo tales conclusiones si reducuntur in arismeticam, conveniens est ab eis quod reducantur in geometriam. Tales ergo conclusiones et tales interrogationes, videlicet musice, etsi videntur aliquando esse geometrice, secundum veritatem nullo autem modo sunt geometrice. ¶ Quarto autem modo se possunt habere interrogationes quod nec sunt

i geo. nec concludunt per principia geo^e non videntur esse in
tali arte non concludi per principia talis artis. notum enim
autem per precedencia quod erant alique interrogaciones
non geometrice ut ille que nec erant in eis ge
ometris non concludebantur per principia geometrie nec
videbantur esse talia non concludi per talia. Sed nec
dum notum erat utrum certe interrogaciones geome
trice vel non ille quales non concludantur per principia geo^e
possunt tamen videri alicui quod concludentur per talia principia
cuiusmodi sunt interrogaciones musice propter hoc bonum
fuit movere de talibus questionem. ¶ Volet forte
dubitare aliquis utrum omnis interrogacio geometrica possit dici
appropriata geometrie et quod dictum est de geometria appropriate
non in interrogacione tamen idem est de ceteris specialibus
artibus. ¶ Ad quod dicendum quod appropriate loquendo alia enunciacio est
appropriata geometrie. in interrogacio geometrica alia
est appropriata geometrie. sed non est interrogacio geometrica. alia
est interrogacio geometrica et potest dici appropriata non geome
trica ut quod triangulus habeat angulum extrinsecum
est interrogacio geometrica que concluditur per principia geome
trie et est appropriata geometrie. quod hec que est conclusio unius de
invencionibus accipitur ut premissa et ut principium alicuius
demonstracionis hec. s. angulum extrinsecum probatur
et probat. probatur per lineam cadentem eque di
stantem tercio lateri et probat hec tres cum quibus probat
et concluditur geometrice sic est interrogacio geometrica. sed ut
probat et concludit alia sic est appropriata geometrie. Sed de pun
cto ad punctum rectam lineam ducere sic est appo
geometrie quod appropriate non est interrogacio geometrica. sed magis est
interrogacio illius geometrie. multa probat per hoc
principium. de puncto ad punctum rectam lineam duce
re potest dici appropriata geometrie. verum quod geometer non habet
unde probet quod dictum est non interrogat proprie de eo.
ideo non proprie est interrogacio geometrica potest tamen dici interro
gacio illius quod illius de hoc interrogare potest quod potest hoc
probare. probat. s. quod inter quelibet duo puncta cadit linea
media et potest esse interrogacio geometrica si geometria eam
probet et concludit et tamen non est appropriata geometrie sed per eam
geometria non probet. ¶ Deinde cum dicit. et secundum unamquamque
movet secundam questionem de premissis. dicit quod secundum unamquamque
quamque scienciam. quales sillogismi secundum ignoranciam non
geometrice sunt. i. sunt non geometrice tales appositiones est quero
quod utrum appositiones quales et quecumque que sunt secundum igno
ranciam secundum unamquamque scienciam ut puta appositiones secundum
ignoranciam geometrie si sunt geometrice vel si non sunt geometrice.
¶ Sciendum autem quod quedam sunt appositiones geometrie secundum
scienciam geometrie ut parallellas non concurrere angu
los rectos equales esse et tales appositiones sunt de quibus

sciens geometriam potest et concedit alique non sunt
appositiones secundum ignoranciam geometrie ut opposita eis videlicet non paral
lellas. i. lineas equaliter distantes concurrere angulos
rectos inequales esse tales. n. appositiones sunt false et sunt
secundum ignoranciam geometrie quod nullus eas assentit nisi geometria
ignoret de talibus quero que sunt secundum ignoranciam geometrie
utrum sint geometrice vel non et quod dictum est
de appositionibus secundum ignoranciam geometrie idem est de
appositionibus secundum ignoranciam aliarum arcium ¶ Deinde cum dicit
et utrum secundum ignoranciam movet terciam questionem de ipso sillo
gismo dicens utrum sillogismus secundum ignoranciam qui est ex oppositis principiis
quod est. s. utrum sillogismus talis qui est secundum ignoranciam sit sillogismus
aut paralogismus. ¶ Sciendum autem quod sicut ex appositionibus
que sunt secundum scienciam geometrie fiunt alique sillogismi ita ex
appositionibus que sunt secundum ignoranciam que fiunt ex oppositis
principiis et ex oppositis vitari possunt sillogismi aliqui sillogismi
querit ergo de illis sillogismis utrum sint sillogismi vel paralogismi.
¶ Deinde cum dicit. secundum geometriam autem. solvit
questiones precedentes et quod ita facit secundum quod tres questiones proposuit
primo ergo solvit questionem primam. secundo secundam. et tercio terciam
secunda ibi. de geometria autem. tercia ibi. in doctrinis autem.
dicit ergo quod secundum geometriam aut super non sunt geometrice
interrogaciones. aut super que fiunt ex alia
arte ut musica interrogacio non geometrica super est.
¶ Sciendum autem quod specialem mencionem facit hic de
musica quod cum musica subalternetur arismetice
propter affinitatem arismetice ad geometriam possit aliquis
credere quod musice interrogaciones que concluduntur per
principia arismetice quod concludantur per principia geometrie. non est
autem dubium quod sunt alique interrogaciones non
geometrice. sed de talibus affinibus possit dubium
esse ideo philosophus determinans hanc questionem ait tales
interrogaciones non esse geometricas ut interrogaciones
musice non sunt geometrice ¶ Deinde cum dicit. de
geometria autem. solvit secundam questionem utrum appositiones secundum
ignoranciam geometrie sint geometrice vel non. et ait quod
sunt aliquo modo geometrice aliquo modo non. esse quod duo facit
quod primo dat hic solucionem secundo solucionem datam
declarat et manifestat per simile ibi. dupliciter. n. dicit ergo
de geometria autem ut est quod ad invicem parallellas con
venire. i. concurrere opinari geometria quomodo est et non geometrica
alio modo ¶ Dubitaret forte aliquis quomodo parallellas
concurrere opinari sit geometricum uno modo et non geo
metricum alio modo ¶ Ad quod geometria potest dici dupliciter secundum ma
teriam et formam. et est geometria secundum materiam que fit in termi
nis geometricis et est autem tale secundum formam
quod ordinatur et quo modo geometria est illam in
appositione eorum se habent in materia ordo autem et appositio

se habent ut forte qui dicit paralellas concurrere et loquitur in terminis geometricis loquitur propositionem geometricam secundum materiam quia termini ex quibus composita est huiusmodi propositio sunt geometrici non autem loquitur propositionem geometricam secundum formam quia propositio illa non est ordinata in geometrico geometrice. non enim dicit quod hoc predicatum concurrere debet componi cum paralellis immo magis debet removeri ab eis. non enim dicit geometer paralellas concurrere immo dicit oppositum dicit enim non concurrere. ¶ Deinde cum dicit dicimus enim quod ageometricum manifestat predicta dicens dupliciter enim est hoc id est dicitur esse non geometricum sicut superius dictum est arismetico id est quod est sine rismo vel sine reitimo et exponit se dicens alterum quidem supra propositio non geometricum est id est non habendo id est in non habendo de geometria quod non est geometricum secundum materiam nec secundum formam. sicut arismeticum. supra pars dicit id est quod non habet de rismo. alterum vero supra propositio dicitur non geometricum in prave habendo ut illa que habent terminos geometricos sed habent eos prave ordinatos et compositos ex ignorantia id est propositio secundum ignorantiam que ex hiis principiis supra male ordinatis est contraria veritati et scientie geometrice hoc est id est est hiis modis non geometricum non quod non habeant sed quia prave habent. non quod nullo modo sit geometricum sed quia est pravo modo geometricum. ¶ Et hoc autem quod arismo id est sine rismo et sine consonantia dicitur pars vel quod nulla habet consonantiam vel quod pravam. sic et non geometricum dicitur pars vel quod non habet de hiis que spectant ad geometriam vel quod prave habet. ¶ Et hoc tamen quod propositio secundum ignorantiam est ex principiis huius id est ex principiis contrario modo sumptis et ex principiis oppositis veritati ideo talis propositio est contraria veritati et scientie propositio enim secundum scientiam est principium vera et est ex terminis bene compositis et ordinatis propositio autem secundum ignorantiam est principium falsum et est ex terminis prave compositis et ordinatis.

¶ Et hoc tamen quod ipsi termini sunt principia propositionis propositio ergo que est ex talis hoc est id est terminis male adinvicem compositis et ordinatis dicitur esse ex principiis hiis id est male compositis et ordinatis ¶ Et hoc tamen quod ex hiis est soluta sua questio. nam cum querebatur utrum propositiones secundum ignorantiam geometricam deberent dici geometrice vel non geometrice dicendum quod debent dici non geometrice non quia non habeant sed quia prave habent

¶ Dubitaret forte aliquis cum propositio secundum ignorantiam geometricam sit geometrica uno modo non geometrica altero quare philosophus potius appellat eam non geometricam quam geometricam et quare in loquendo de hiis propositionibus potius distinguit de non geometrico quam de geometrico ¶ Dicendum quod id quod est tale secundum materiam est tale secundum quid quod autem est secundum formam est tale simpliciter quia ergo propositio secundum ignorantiam geometrice est geometrica secundum materiam quia composita est ex terminis geometricis ideo est geometrica secundum quid quia vero non est geometrica secundum formam quia est male ordinata et composita secundum illos terminos ideo est non geometrica simpliciter et quia ab eo quod est simpliciter debet fieri denominatio ideo talis propositio simpliciter debet dici non geometrica. quare philosophus ergo in docendo de tali propositione debuit distinguere de geometrico quod competit ei secundum quid sed de non geometrico quod competit ei simpliciter ¶ Deinde cum dicit indoctius autem. solvit questionem tertiam ostendens quod sillogismi facti ex propositionibus secundum ignorantiam debent dici potius sillogismi quam parologismi. ideo autem quod indoctius autem id est in hiis doctrinalibus non est sillogismus parologismus id est non contingit in talibus facere parologismum sicut in dyalecticis eo quod medium supra unum et idem est sed semper dupliciter id est comparatur ad duo scilicet ad maiorem et minorem extremitatem et de hoc enim omni id est de omni medio supra dicitur et predicatur maior extremitas et iterum hoc id est medium dicitur de omni altero id est de omni minori extremitate quod autem predicatur non dicitur de omni ¶ Et hoc autem quod signum universale ponitur ad subiectum non autem ad predicatum nulla enim propositio est vera in qua predicatum universaliter sumatur in maiori ergo propositione ubi medium subicitur maior extremitas dicitur de omni medio signum ergo universale ponitur ad medium quia ibi subicitur non autem ad maiorem extremitatem que predicatur in minori vero propositione medium dicitur de omni minori extremitate ita quod ibi signum universale omne ponitur ad minorem extremitatem que subicitur non ad medium quod predicatur volens ergo philosophus reddere causam quare signum universale omne non ponatur in maiori propositione ad maiorem extremitatem nec in minori ad medium. ait quod id quod predicatur non dicitur omne id est quod omne non debet addi ad predicatum sed ad subiectum ¶ Et hoc tamen virtutem totius philosophi in hoc consistit quod in doctrinis sive fiant sillogismi ex propositionibus scientie sive ex propositionibus ignorantie illi sillogismi non sunt parologismi sicut in dyalecticis quod non sunt parologismi patet quia servant modum et formam sillogisticam modus autem et forma sillogistica tollitur vel quia sillogizamus in tribus terminis vel quia illos tres terminos non ordinamus secundum modum et figuram ergo cum in doctrinis ex quibus cum quecumque propositionibus sillogizemus sive ex propositionibus scientie sive ignorantie sillogizemus in terminis tribus et servemus modum et figuram quia maior extremitas dicitur de omni medio et medium de omni minori extremitate. Sic ergo faciendo non facimus parologismum sed sillogismum soluta est ergo tertia questio. Tamen cum dicitur utrum sillogismi facti ex propositionibus secundum ignorantiam sint sillogismi vel parologismi patet quod tales sillogismi licet peccent in materia quia acceperunt propositiones falsas non tamen peccant in forma quia erunt in tribus terminis et servabunt modum et figuram sillogisticam ideo non erunt parologismi quia parologismi dicuntur sillogismi peccantes in forma. Sillogismi ergo si non habeant aliquid mali nisi aliquo peccatum in materia quia fuerunt ex propositionibus ignorantie peccabunt in materia et non in forma ideo non erunt parologismi. ¶ Dubitaret forte aliquis quare predicatum non dicitur omne et quare signum universale non debet addi ad predicatum ¶ Dicendum quod predicatum tenet locum forme subiectum vero locum materie res autem semper constat ex

tota sua forma licet non sic esset ex tota sua natura unde et
in his mathematicis sciendum quod forma non dividitur nisi per primum dividens. ut
albedo per superficiem quia superficies est subiectum albedinis
tota tamen ideo albedinis et tota diffinitio albi reservatur
in qualibet parte albi superficiei et quod videmus in naturalibus rebus
in ipsis predicabilibus ut tenent hunc modum esse dicitur. Si ergo
fiat talis propositio omnis homo est albus quia hic omnis homo sumatur
albi oportet quod albus dicatur de ratione omnis hominis ita tamen quod
tota ratio predicati et totum ideo quod post in predicato reserva
bitur in quolibet homine totum ergo predicatum dicetur de quolibet
parte subiecti. Et ergo sic omnis homo est albus Sortes est albus
Callias est albus et sic de quolibet. Si ergo dicatur omnis homo
est omne album vel omnis homo est omne visibile oportet quod totum
predicatum ut totum hic omne album vel omne visibile dicatur
de quolibet singulari huius hominis esset ergo Sortes omne visibile
et quod hic stare non possunt ideo quod predicatur non dicitur
omne et signum universale ad predicatum addi non debet.

Lco 3o.

Haec autem sunt ut videre etc.
Postquam auctor ostendit doctrinales scientias
apposuit quasdam questiones et solvit in parte
ista ut dicebatur ad commendationem scientiarum doct
rinalium ostendens quod in eis non fiunt deceptiones sicut in aliis
Ad cuius evidentiam sciendum quod in deceptionibus est hic ordo
quod in aliquibus magis decipitur homo propter aliud ut in falla
ciis in dictione in aliquibus vero non minus propter deceptionem ut
in fallaciis extra dictionem. [illegible] in elenchis
duo ergo facit philosophus primo quod dicit commendat scientias doct
rinales secundum quod commendat eas quod minus decipitur
homo in eis secundum deceptiones illas secundum quas magis deci
pitur propter aliud. Secundo quod minus decipitur in eis secundum decepcio
nes illas per quas non minus decipi a se ipso. ibi
Quod autem quosdam. Prima pars in prima parte quod quis potest magis deci
pi propter aliud in aliquibus dicit primo extra rem decipitur
arguitur. Secundo extra modum arguendi duo ergo facit secundum
quod huius duobus modis ostendit quod minus decipimur
in doctrinalibus quam in aliis. Secunda ibi. Non oportet autem in
stantiam vel plurimum aliter videre et plane dicentium
nisi quod ea facit philosophus in presenti lectione secundum quod explicite commen
dat in scientias doctrinales id est in scientias mathematicas que
per antonomasiam dicuntur doctrinales et scientias alias
ex quibus [illegible] dicunt sic quod in doctrinalibus minus de
cipiantur quam in aliis. Prima differentia est quod doctrina
les sunt magis se offerunt intellectui quam alie et in eis
magis argumentum sensus quam in aliis. Secunda est quod in do
ctrinalibus non instantiam nisi uni non autem instantiam ibi par
ticularem sicut in aliis. Tertia est quod in doctrinalibus
argumentum magis convertibilem quam in aliis. Secunda ibi non oportet
autem instantiam. Tertia ibi. Quod autem quosdam. In prima

parte intendit talem rationem quecumque magis se offerunt
intellectui et in quibuscumque magis sensus argumentum in illis
minus decipimur. Doctrinales vel mathematice sunt huiusmodi ergo
dt etc. ideo ait hic autem id est mathematice et doctrinales sunt
ut videre intellectum vel ut habent alii textus id
est videre ad intellectum quasi diceret quod mathematice ita se offer
unt intellectui quod non latent intellectum sed sunt quasi
videre ad ipsum sed in idiotis id est in argumentationibus
latet ut numquam omnis circulus sit figura. in argumenta
tionibus potest nos latere et possumus decipi et possu
mus nobis concludi quod poema sit circulus. Si autem sit
sciebatur id est si arguatur in mathematicis propter hoc quod ille modus
arguendi est ita sensibilis numquam est autem quod carmina
non sunt circulus numquam super statim esset. quam non est super
poema circulus. Illud autem duo esse tacta propter quod
minus decipimur in mathematicis que arguunt sensibiliter per de
scriptiones figuras in pulvere quam in aliis scientiis. que
arguunt per [illegible] id est per argumentationes figuras solum
in voce. Primum ergo quod mathematice ita se offerunt intellectui
quasi quod intellectus videt eas sed est quod ita sensibiliter arguunt
quod non possumus ita decipi in eis possumus nisi quis de
cipi in aliis scientiis per equivocationem sic omnis circulus
est figura poema homeri est circulus ergo est figura
Sed si sensibiliter describeretur circulus in pulvere statim appareret
equivocatio. Illud et quod in equivocatione cum sit fa
llacia in dictione magis decipimur propter aliud in talibus
ergo deceptionibus decipimur minus in doctrinalibus et in aliis
extra rem [illegible] que ita se offerunt intellectui
et que sunt tales quod possumus in eis ita sensibiles
demonstrationes facere. Dubitaret forte aliquis quomodo
mathematice ita se offerunt intellectui. Dicendum quod nichil in
telligere non est sine fantasia seu sine ymagina
tione ut placet [illegible] et quod non est sine
ymaginatione non est sine continuo ideo dicitur in libro
de memoria quod nichil intelligere est cum continuo et
tempore quia ergo continuum et quantum magis se offerunt ymagi
nationi et ideo magis se offerunt intellectui demonstrati
ones ergo mathematice que sunt de quantitate magis sunt no
bis note et magis certe. ideo dicit [illegible] super [illegible] methaphisice
quod tales sunt certe in primo gradu certitudinis immo in
talibus ut idem dicit in prologo physicorum sunt nobis
nota magis et certa quam [illegible] ita quod eadem sunt
prius nota nobis et nature. qui enim videt quod triangu
lus habet tres prius videt quod habebat angulum
extrinsecum de quo dubitare non possunt scientes
geometriam et cum habet angulum est ea de habere tres
ergo cum quod mathematice sunt ita proportionate ymagi
nationi tamen et quod in eis est notior [illegible] ideo talia

maxime se offerunt intellectui nostro et pauciores de
ceptiones accidunt in ipsis quam accidant vel in
naturalibus vel in methaphisicalibus vel in logicalibus et quod dein
est de continuo quod ita se offert intellectui intellectus ex
et demum falsam nisi de quo considerat arismetica
cuius causa est ex divisione continui. ¶ Deinde cum dicit non
oportet autem in instanciam. dat falsam differentiam inter doctrina
les scientias et alias quia in ipsis non instatur particulariter
sed vel tamen arguatur ergo sic. in quibus aliquis non instatur
nisi vel in eis accidit minor deceptio. doctrinales
sunt huiusmodi ergo etc. maiorem autem ipse sic probat. quia si probat
instancias doctrinales esse universales sed assignat idem dici
vel probat quod supponebat ibi. maior quod necesse. dicit ergo quod
non oportet autem in ipsum .i. contra ipsum demonstratorem ferre in
stanciam sed solum propositionem in doctrina .i. particularis sicut
.n. necesse propositio est super doctrinalis que non est in pluribus
non est .n. in omnibus. quod dicit propositio doctrinalis dicitur esse in omnibus
et ergo dicitur esse in omnibus oportet quod sit in pluribus et ergo dicitur esse in
pluribus non potest esse in doctrina .i. particularis propositiones
ergo et instancie doctrinales sunt in pluribus et in omnibus
ergo sunt universales non ergo sunt in doctrinis particulares
quod autem sint universales patet quia ex quibus autem est vel fit
sillogismus super doctrinalis ¶ Sciendum autem quod in hiis in quibus si
est in uno est in omnibus sed non est in uno est in nullo
minus possumus decipi quam in hiis in quibus in aliquibus
est in aliquibus non. et quia tales sunt doctrinales vel non
debent dari instancie particulares ideo etc. ¶ Sciendum
in vim rationis philosophi in hoc consistere quales enim propositiones
tales sunt instancie sed propositiones doctrinales ex quibus
fit sillogismus doctrinalis sunt universales ergo et instancie ¶ De
inde cum dicit maior quod necesse. assignat idem dici vel pro
bat quod supponebat dicens .n. quod instancie doctrina
les sunt universales quia propositiones ibi assumpte universales sunt
cuius idem assignat dicens maior quod necesse instancia est super par
ticularis in doctrinalibus cum propositiones sunt ibi universales
eadem .n. vel hec quantitas eadem .n. eadem ergo enunci
abilia vel eadem enunciationes sunt propositiones et in
stancie quia quando contra fit instancia super aliquid quod adversa
rius hoc utique fiet propositio super per se aut dyalectica aut
demonstrativa. quod dicit quod in dyalecticis et demonstrativis
eadem sunt propositiones et instancie probatum est ergo quod fu
at suppositum videlicet quod cum eadem sunt propositiones
et instancie et non sunt propositiones particulares. nec in
stancie particulares erunt ¶ Sciendum autem quod sicut
in equivocationibus homo decipitur magis cum alio quam in
stanciis vel quoniam posse decipi magis cum alio. ergo ex
parte rerum conditarum quia doctrinales magis se offerunt
intellectui cum in ex parte modi arguendi ut quia

non instamus in doctrinalibus particulariter minus po
ssumus decipi per alia in doctrinalibus quam in aliis
¶ Dubitaret forte aliquis quare est causa quare in do
ctrinalibus non est instare particulariter. ¶ Dicendum quod
ut dictum est in talibus sunt magis note cause quam
effectus vel .n. sunt magis noti effectus quam cause vel in ta
libus quam aliis procedere ex signis et hiis que sunt per
accidens talia autem non semper sunt de omni nec ulterius ideo quod
in talibus particulariter instare sed in mathematicis ubi
sunt magis note cause quam effectus procedimus ex hiis
que sunt per se ea autem que sunt per se sunt de omni opposi
ta vel sunt in nullo sed .n. est per se quod anima sit mor
talis sed una est inmortalis omnes sunt inmorta
les et si oppositum eius quod est per se quod anima sit morta
lis si una non est mortalis nulla est mortalis
in talibus ergo propositiones et instancie sunt universales ¶ Deinde cum
dicit quod autem quidam dat etiam differentiam inter doctrina
les scientias et alias quia doctrinales arguunt magis
convertibiliter quam alie et ideo minus est deceptio in
eis quam in aliis. duo ergo facit quia primo dicit quomodo in
talibus accidit deceptio ex eo quod arguimus a post
eriori nam non accidit deceptio in tali argumentatione
nisi in non convertibilibus. secundo dicit quod doctrinales arguunt conver
tibiliter propter quod talis deceptio non contingit ibi. sed autem est
propositionem in prima parte ponit quomodo deceptus fuit
quidam philosophus sciens quia arguebat ex pluribus affir
mativis volebat .n. probare quod ignis generaret
in multiplici proportione. arguebat autem sic. Quod
quod generatur in multiplici proportione generatur cito. ignis
generatur cito ergo etc. constat autem quod non sillogiza
bat quia arguebat ex puris affirmativis in alia figura
autem quidam non sillogismus dicitur propter hoc quod accipiunt
in secunda figura vel quod arguebant ex universalibus in secunda
figura hic est convertibiliter affirmativis super ut videtur
facit quod ignis fit .i. generatur in multiplici analogia
hoc est proportione quam intendebat probare et utique ig
nis cito generatur. sed dicit hoc est minor et hoc analo
gia .i. et analogia est hoc. sed est hoc .i. est ideo quod
to generatur hoc est maior videlicet quod multiplici analo
gia est hoc .i. generatur cito. ignis generatur cito ergo etc.
et videtur quod aliud quidem ergo sillogismus non quod ex acceptis
alium quod. sed non videtur .i. non fit evidens sillogismus quia non
generatur ibi forte sillogismus ¶ Sciendum autem quod sciens fuit
deceptus arguendo ex puris affirmativis non tamen fuit in
tali argumentatione fit deceptio sed aliquando ibi de
ceptio aliquando non. et aliquando fit ibi sillogismus aliquando non nam cum
arguimus in non convertibilibus fit ibi sillogismus et non decipi
mur sed cum non arguimus in convertibilibus decipimur et

non fit sillogismus. ¶ Ad 2m quod generari in multiplici anologia sit in multiplicata proportione est quod quantitas generati excedat quantitatem corrupti et quia ignis est rarissimum corporum ideo semper generatur in multiplicata anologia. ¶ Dubitaret forte aliquis utrum quod generatur in multiplici anologia generetur cito. ¶ Dicendum quod id quod generatur cito in multiplici anologia est magis forte secundum quam elementa magis in illa plus habent de materia et minus de forma unde minus habent de dimensionibus quantitatis et minus occupant de loco. Elementa vero fortiora magis plus habent de forma et plus de loco et plus habent de dimensionibus quantitatis et quia quanto in maiori quantitate est agens et magis forte tanto plus agit et velocius convertit et quanto in minori quantitate est patiens et quanto est magis mobile tanto magis subicitur actioni agentis et citius convertitur in ipsum et accipit in formam eius et quia generatum in multiplicata anologia est in maiori quantitate et magis forte id est non corruptum generatur est in minori quantitate et magis mobile ideo in talibus est generatio velocior et cito quia tota causa velocitatis in transmutationibus est ex dominio agentis super patiens et quia in talibus passum multum subicitur dominio agentis eo quod in eo sit multitudo et paucitas in agente vero fortitudo et excessus ideo est ibi generatio cito nisi passum impediatur.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis utrum talis argumentatio sit in terminis convertibilibus ut convertantur ad invicem quod id quod generatur in multiplici anologia vel multiplicata proportione generetur cito et econverso. ¶ Dicendum quod in talibus licet possibile quod generatio cita fiat ex dominio agentis super passum sed hoc dominium potest contingere non solum ex multiplicata anologia ad passum sed etiam ex remissione qualitatum activarum et passivarum ipsius passi ut ex aere fit cita generatio et aer cito corrumpitur et generatur inde cito aqua quia habet in se remissas qualitates activas et passivas decipiebatur ergo Sceneus quod arguebat ex oppositis affirmativis in materia non convertibili potest enim propter nimiam passibilitatem aeris ex aere cito generari aqua et tamen aqua generata ad aerem corruptum non se habebit in proportione multiplicata sed magis in diminuta quia ex decem pugillis aeris generatur unus pugillus aque.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod philosophus innuit quod in convertibilibus fiat sillogismus sed non videatur. ¶ Dicendum quod si fiat sillogismus ex puris affirmativis in secunda figura non est ibi forma sillogistica sed est reducibilis ad formam quia si convertatur maior et convertatur ulterius quod poterit fieri propter convertibilitatem terminorum universalis enim affirmativa propositio convertitur in universalem affirmativam gratia materie ut quando sunt termini convertibiles quia ergo maior in statim esset sillogismus in modo et figura quia esset in prima sillogismus ergo factus ex oppositis affirmativis in secunda figura si sint termini convertibiles dicitur esse sillogismus quia de facili potest reduci ad formam sillogisticam dicitur tamen apparere et non videri quia res apparet et videtur et manifestatur esse talis per formam suam ergo quia ibi non reservatur forma sillogistica ideo non apparet esse sillogismus. ¶ Deinde cum dicitur Si autem esset in posteriori etc. quod in doctrinalibus non accidit talis deceptio quia arguunt convertibiliter propter quod sciendum quod doctrinales scientie quantum ad presens spectat arguunt convertibiliter videlicet ex parte cause et ex parte veritatis et falsitatis propositionum et ex parte terminorum. Ex parte cause arguunt convertibiliter quia arguunt ex causa certa non habentes nisi unum medium ad unam conclusionem et non est nisi una conclusio unius medii quia non esset nisi medium id est esset causa certa conclusionis que cum certa demonstratione convertitur cum suo causato. Secundo arguunt convertibiliter ex parte veritatis et falsitatis propositionum quia demonstrativa scientia tales premissas assumit quod si sunt vere demonstrative est vera conclusio et econverso et si sunt false demonstrative est falsa conclusio et econverso. Tertio arguunt convertibiliter ex parte terminorum quia accipiunt terminos convertibiles in potissima enim demonstratione omnes termini convertibiles. Causa ergo quare philosophus dicit quod in demonstrativis scientiis arguunt convertibiliter propter hoc est ex parte veritatis et falsitatis propositionum secundo ex parte terminorum tertio ex parte certitudinis cause secunda ibi. quintum autem. Tertia ibi. augentur autem. Continuatur autem sic arguere ex puris affirmativis in secunda figura accidit deceptio quia non convertuntur premisse cum conclusione secundum veritatem et falsitatem quia possunt esse premisse false et conclusio vera. Si autem esset in posterioribus et talis imitare verum facile utique esset resolvere super conclusionem dicta prima sit deceptionis convertitur enim econverso super conclusionem cum premissis quantum ad veritatem et falsitatem quod declarat in terminis dicens Sic enim a esse id est sit ista conclusio quod ponatur a esse sive conclusum per b hoc autem cum sit ita utique sunt quedam novi quem sunt id est sunt premisse que dicit inesse note ut b quod d quod si est conclusio ut si est a sunt premisse ut est b per quod conclusum est a id autem quod conclusum id est quod b sunt ex premissis in ab quam est id est quam est g sunt quam est conclusio et sic super non accidit deceptio. ¶ Illud autem quod in demonstrativis est convertibilitas premissarum ad conclusionem.

ita quod si premisse sunt vere et consequentia recta ibi non ex falsis
non potest sequi verum. ideo in doctrinalibus non possu-
mus decipi arguendo ex affirmativis in secunda figura.
¶ Sciendum et quod premisse dicuntur esse magis note quam
conclusio. philosophus supponendo questionem conclusionis ad premi-
ssas vult hic modo loqui quod si est a. i. si est conclusio sunt que-
dam notiora conclusione. i. sunt premisse. que dicuntur esse
magis note quam sint. sed ergo est a. sunt premisse sicut
est c. d. per quod concluditur a. ut puta est b. sed per b.
concluditur a. ¶ Dubitaret forte aliquis quomodo habet
veritatem quod hic philosophus innuit videlicet quod si ex falsis
non possit inferri verum. non possemus decipi arguendo
ex affirmativis in secunda figura. ¶ Secundo quod si fiat talis
sillogismus homo est animal asinus est animal ergo asinus est homo ibi
contingit deceptio. quia sic se habet homo ad animal quod potest esse
falsum quod sit homo et tamen eius verum quod sit animal. ut falsum
est de asino quod sit homo et tamen est verum quod sit animal.
sed si convertibiles esset falsum quod esset homo esset falsum
quod esset animal. numquam accideret talis deceptio. essent enim
termini convertibiles. ergo non convertibilibus. sed non fuerit
forma sillogistica et fiat sillogismus ex puris affirmativis in
secunda figura ex veris sequitur falsum. ut patet in illo nunc secundo sed
aliud fuerit forma sillogistica ex falsis sequitur verum. sic omnis
homo est animal omnis asinus est homo ergo omnis asinus est homo
animal. eadem enim ratio est quia ex veris sequitur falsum. si non fue-
rit forma sillogistica et ex falsis verum si fuerit sua forma. sed ergo
ex falsis non possit sequi verum. semper essent termini convertibiles
et numquam accideret deceptio. sed si sic diceremus tenderemus
contra dictam veritatem. sed non propter hoc haberemus recte mentem
et intencionem philosophi. vult enim philosophus quod si ex falsis non
possit sequi verum. quod numquam accideret deceptio arguendo ex
puris affirmativis in secunda figura. hoc ergo declaretur quomodo
ex dictis: vel quod concludatur affirmativa universalis opposita negative immediate vere vel quod econverso, ut quod concludatur negativa universalis opposita affirmative immediate vere. Duo ergo facit: scilicet quod de hiis duobus exequitur ibi: quecumque est ipsi non esse. Propter primum quod universalem non potest concludi nisi per universalem. Concludere ergo affirmativam universalem oppositam negative vere concludere per premissas universales vel hic ergo erit per ambas universales vel per alteram tantum. Duo ergo facit quia primo continuat se ad dicenda, secundo exequitur de intento ibi: si enim a. Continuat ergo se primo ad dicenda dicens quod contingit ergo utrasque propositiones necesse esse universales per quas supra concluditur affirmativa universalis opposita negative immediate vere. Contingit autem alteram tantum, id est contingit hoc idem fieri per alteram premissam universalem.

Deinde cum dicit: quod si enim a. exequitur de intento et quod duo facit quia primo ostendit quomodo potest talis affirmativa concludi per utramque premissam universalem. Secundo quomodo per alteram tantum ibi: sed alteram. Prima in duas quia primo ostendit quomodo talis affirmativa potest concludi per ambas premissas totaliter. Secundo quomodo per ambas universales in parte ibi: potest autem c. Dicit ergo quod si enim a, id est si maior extremitas fuerit sic predicatum neque esset in nullo c, id est in nullo medio, neque c, id est neque medium in nullo b, id est in nulla minori extremitate, accepta autem sint utraque econverso, id est accipiatur utraque affirmative utraque universalis erit super contradictionem universalem. Illo autem quod per a et b intelligatur predicatum et subiectum, sive intelligit maiorem et minorem extremitates constituentes aliquam propositionem negativam veram immediatam, per c intelligit medium per quod debeat fieri conclusio, ut puta si per a intelligatur quantitas, per b substantia, per c qualitas, quod nullum istorum est in aliquo ipsorum. Si accipiantur omnes propositiones affirmative erunt ambe premisse totaliter universales et concludent affirmativam universalem. Formabitur enim sic sillogismus: omnis qualitas est quantitas, omnis substantia est qualitas, ergo omnis substantia est quantitas. Hic enim sunt ambe premisse universales totaliter et concluditur affirmativam universalem oppositam negative indivisibiliter vere.

Deinde cum dicit: potest autem c. ostendit quomodo potest concludi talis affirmativa universalis per ambas premissas universales non totaliter. Sciendum hic ergo non mutabitur nec a nec b sed non mutabitur subiectum et predicatum intelligemus enim per a quantitatem, per b substantiam, ut prius. Sed mutabitur c, id est mutabitur medium accipietur enim tale medium c, sive tale medium quod nec universaliter est substantia a nec universaliter predicabitur de b, oportet ergo accipere tale medium quod sit de diversis entis eiusmodi sicut perfectum et imperfectum, actus et potentia, talia enim sunt in omni predicamento et non dare substantiam in actu et in potentia, perfectam et imperfectam. Sic in reperiuntur iste termini et quantitatis. Sed ergo accipiatur aliquod istorum pro medio, ut puta si accipiatur imperfectum tale enim medium non universaliter continetur sub a, id est sub quantitate, quia non omne imperfectum est quantitas nec universaliter predicatur de b, id est de substantia, quia non omnis substantia est imperfecta. Ideo ait quod potest autem c, id est medium, ut puta imperfectum sic se habere ad a et ad b, id est ad quantitatem et ad substantiam quod neque sit substantia, id est sub quantitate universaliter, supple nec universaliter sic in b, id est in substantia et subditur quod b quidem, id est substantiam, in potentia est esse in toto aliquo, quod c quod b non potest contingere quod c, id est quod imperfectum non predicetur universaliter de b, id est de substantia, et non sic genus ad ipsum quod positum est quod b non sit in aliquo toto, id est in aliquo genere. Esse autem hic positum est patet quod dictum est quia dictum est b non esse in a, primum esse nec b nec a est in aliquo genere id est in aliquo toto. Et tunc non fuerit erit propositionem negativam primam et immediatam. Dicit ergo quod acceptum est pro medio non predicabitur universaliter de b, id est de substantia nec in de hoc medio oportet quod universaliter predicetur a. Ideo ait quod a autem non necesse est in esse universaliter omnibus que sunt unum non enim necesse est quod omne imperfectum sit a. Ergo c, id est imperfectum quod acceptum est pro medio nec universaliter predicatur de b, id est de substantia, nec universaliter subicitur ipsi a, id est quantitati. Esse utraque premisse universales sunt in parte non totaliter. Formabitur enim sic sillogismus: omne imperfectum est quantitas, omnis substantia est imperfecta, ergo omnis substantia est quantitas. Quelibet enim harum premissarum est universalis in parte. Quoniam aliquid imperfectum est quantitas et aliquid non est quantitas, sic et aliqua substantia est imperfecta et aliqua non imperfecta.

Deinde cum dicit: sed alteram. ostendit quomodo potest concludi talis affirmativa universalis per alteram premissam universalem et alteram veram esse quod dictum fuit quod facit quod dictum est secundo removet quasdam obiectiones que possent contingere huic documento ibi: differt autem nec ostendit ergo quod si alteram contingit veram accipere non tamen contingit contingentem, id est indifferentem, et dicit quod hec propositio affirmativa universalis videlicet omnis b est a, id est omnis substantia est quantitas vel quecumque alia propositio affirmativa universalis opposita negative indivisibiliter vere talis autem propositio potest concludi per alteram premissarum veram. Ita enim quod b c, id est minor semper erit universalis. Si autem erit aliqua premissa vera illa erit a c, id est maior. Ideo dicit quod ea que est a c supple potest esse in universalem. b c propositio, id est minor semper est universalis propter id quod in nullo est b, id est propter id quod b non est in aliquo toto et ideo in minori b subicitur et propositio esset in aliquo toto. Ideo minor semper est universalis. Sed que est a c, id est maior potest super esse vera, ut ergo terminis specialibus fiat quod hic dicitur non mutabimus nec a nec b. Sed per a intelligemus quantitatem, per b substantiam, mutabimus autem c, id est medium, accipiemus enim quod pro medio quod immediate sit sub quantitate, ut puta unius speciem quantitatis immediate dividitur in continuum et discretum quantitas.

quod immediate predicatur de subiecto falso et sua opposita
immediate est vera. Similiter contrarietas immediate predi-
catur de numero, sed ut a quod est contrarietas in duobus
est immediate videlicet in b et in c, id est in substantia et numero
sed in uno negative et in alio affirmative, vel in utroque
affirmative sed in uno falso et in alio vere. Falsam istam
immediate falsa, omnis substantia est contrarietas et ista imme-
diate vera, omnis numerus est contrarietas. Sed quando eadem a, id est ea-
dem contrarietas predicatur individualiter de b et de c,
id est de substantia et de numero, ita tamen quod de uno predicatur
false, de alio vere, vel ita tamen quod de uno predicatur
individualiter negative, de alio individualiter affirmative,
et quod neutrum sit intra alterum, id est quod b non sit in c nec e converso,
minor igitur que est b c semper erit falsa, id est aut quod ut si
a est individualiter in b et a in c, id est in substantia et in numero ali-
quo et aliter quod in uno affirmative in alio negative, vel si
in utroque dicatur esse affirmative in uno erit individu-
aliter false in alio individualiter vere; et quod sic est, quoniam
eadem, id est eadem contrarietas predicatur primum, id est immediate
de pluribus, id est de b et de c, scilicet de substantia et de numero et quod de
uno predicatur individualiter vere, de alio individualiter
false, neutrum intra alterum est, id est b non est in c, id est substantia non
est numerus, propositio igitur b c, id est minor falsa erit, a c vero
id est maior erit vera. Sic se habentibus terminis
formabitur enim sic sillogismus: omne c est a, id est omnis numerus est contra-
rietas, omne b est c, id est omnis substantia est numerus, igitur omne b est
a, id est omnis substantia est contrarietas. Hic enim concluditur affirma-
tiva falsa opposita negative individue vere per maiorem
veram et minorem falsam. ¶ Sciendum autem quod aliqui
exponunt hunc textum philosophi in terminis dicentes quod dicit acci-
piatur esse individualiter in b et c sicut accipitur ge-
nus esse individualiter in duabus speciebus ut color in albe-
dine et in nigredine. Secundum quem modum color erit ibi a, id est ma-
ior extremitas, albedo b, id est minor, et nigredo c, id est
medius terminus. Sed tunc iste sillogismus maiorem veram et minorem
falsam. Sed non habebit conclusionem falsam. Dicit philosophus
hic intendit multum, id est plus ostendere quomodo possit conclu-
di affirmativa falsa et talis falsa quod sit opposita ne-
gative individue vere, ita tamen quod fiat ista conclusio per ma-
iorem veram et minorem falsam. Omnia que ista obviantur
textui prius positis; non autem obviant in terminis hoc po-
sitis; et quod debeat sic exponi textus quod a dicitur accipi
individualiter in b et in c non autem quod in ambobus sit affir-
mative et vere sicut est genus in duabus speciebus, sed quod in
uno sit individualiter false et in alio individualiter vere vel
in uno individualiter negative in alio individualiter affir-
mative. Patet per commentatorem Averroym exponentem
hanc litteram. Sed est advertendum quod ubi nos

habemus: E contrario ipse habet: quod verum aliquid est possibile est ut sit maior
vera et minor falsa, commentator possibile est ut sit a comprehendens
g et negatum sit ab ipso b negatione prima.
¶ Deinde cum dicit: Differt autem non, removet quasdam
obiectiones que possent fieri contra predicta. Hec autem sunt
due. Prima ibi: ipsi quidem igitur. Prima obiectio talis est: possibile
enim aliquis dubitare utrum sic modo quo conclusa est affir-
mativa individualiter falsa, id est immediate falsa, possit
concludi affirmativa falsa non individua sed mediata.
Ad quod respondet quod differt autem nihil, neque si non individu-
aliter, id est si habundat ibi negatio, sic multociens
est consuetudo philosophi, quod dicit quod ita bene concluderetur affirma-
tiva falsa non individua sicut individua et ita bene per pre-
missas non individuas sicut per individuas accipiebantur.
enim prius tamen generalissima substantia, qualitas, quantitas, et sic e-
bant due premisse individue affirmative false et con-
cludebant affirmativam individuam falsam. Isto tamen
modo possent accipi tres species: homo, lapis, albedo ut
omnis albedo est lapis, omnis homo est albedo, igitur omnis homo
est lapis. Hic autem ambe premisse sunt affirmative
false et sunt non individue et conclusio est affirmativa falsa et
non individua. Sic et discurrendo per omnes alios modos
possent accipi propositiones non individue. Unde nihil differt
si non individualiter accipiantur tales propositiones omnibus
enim modis quibus conclusum est ex falsis secundum individualiter
potest concludi non individualiter et propositio cum accep-
ta fuit contrarietas inesse substantie individualiter negative et
numero individualiter affirmative; sed loco substantie accipi-
atur homo a quo contrarietas non negatur immediate et loco
numeri accipiatur denarius de quo contrarietas non imme-
diate predicatur, idem fiet quod prius. Non igitur refert
accipere individualiter vel non individualiter. ¶ Deinde
cum dicit: ipsi quidem igitur, removet secundam obiectionem possi-
bilem enim aliquis dubitare hanc ignorantiam sive hanc de-
ceptionem: putet quis per sillogismum credere aliquam affirmativam
universalem esse veram que est falsa. Non efficiunt in fal-
sa. Ad quod respondet quod solum prima figura concludit universalem
affirmativam, id est aut quod deceptio quidem igitur ipsi
esse, id est decipi de ipso esse, id est deceptio affirmativa
per sillogismum, id est per primam figuram, supra dicitur quod sic fit solum
scilicet per primam figuram. Sic consuetum est. Et videtur quod ipsi esse, id est
ipse affirmative universalis non erant sillogismus et non potest
esse conclusio sillogismi in alia figura nisi prima quod in prima. ¶ Sciendum quod
deceptio esse affirmativam dicitur. Hic agitur de deceptione
esse affirmativam opposita negative individue;
negativa que individua est universalis. Igitur affirmativa
erit universalis falsa et quia nulla universalis affirmativa conclu-
ditur in alia figura quam in prima. Ideo in sola prima figura posuit exemplis

Lō 39

Quod vero est ipsi non esse etc. Postquam philosophus ostendit quomodo accidat deceptio circa affirmativam falsam oppositam negative in dividendo vere. In parte ista ostendit quomodo accidat deceptio circa negativam falsam oppositam affirmative in dividendo vere. Circa quod duo facit quia primo narrat per quas figuras habet talis deceptio fieri. Secundo exequitur de quibusdam illarum figurarum ibi. primum igitur dicemus. Dicit igitur quod quoniam est ipsi non esse idest deceptio que est ipsius in dividendo negative super falsa opposita affirmative in dividendo vere in prima et in media figura idest in tertia figura est idest contingit talem deceptionem fieri. Deinde cum dicit primum igitur exequitur de utraque figura et primo quomodo fiat talis deceptio per figuram primam. Secundo quomodo per tertiam. ibi sed in media figura etc. primo tamen facit quia primo continuat se ad dicta. Secundo exequitur de intento. tertio epilogat circa determinata. Secunda ibi igitur quidem. tertia ibi in media est igitur. Dicit igitur quod primum igitur dicemus quot modis in prima scilicet figura sit idest contingat super talem deceptionem et quomodo se habentibus propositionibus habeat talis deceptio fieri. Deinde cum dicit Est quidem igitur exequitur de modis quibus habet fieri talis deceptio in prima figura circa quod duo facit quia primo ostendit quomodo fiat talis deceptio ex ambabus premissis existentibus falsis. Secundo quomodo altera tantum ibi. contingat autem alteram. Dicit igitur quod contingit quidem igitur idest potest contingere et accidere talis deceptio vel syllogismus falsus idest ab ambabus premissis existentibus falsis ut si a et b et c sint in dividua vel immediate sicut genus immediate predicatur de propriis speciebus sicut color de albedine et nigredine ita quod per a intelligatur color per b albedo per c nigredo. Si enim accipiatur a quidem in c nullo ut si dicatur nulla nigredo est color c autem super accipiatur in omni b idest omnis albedo est nigredo. Hec sunt propositiones idest premisse et conclusio super sequitur falsa. sequitur enim quod nulla albedo sit color. Istud autem quod contradictorium huic omnis albedo est color sit vera et immediata. contrarius est quod nulla albedo est color sit falsa immediata ista igitur negativa in dividua falsa nulla albedo est color concluditur ex duabus premissis falsis. videlicet ex ista nigredo est color et ex omnis albedo est nigredo. Dubitaret forte aliquis utrum hec sit immediata omnis albedo est color et videtur quod non. quia si ista est immediata vera negativa est immediata falsa. Sed nulla propositio est immediata nisi illa cuius subiectum et predicatum non sunt in aliquo genere. Sicut enim arguebatur super quod si a et b ut ambo erunt in aliquo genere non faciebant propositionem immediatam negativam cum igitur albedo sit in aliquo genere et sit in aliquo toto tunc nullo modo poterit facere propositionem immediatam negativam. Dicendum quod albedo et species eius dicuntur per comparationem ad unum vel ad suum genus vel ad ea que sunt in eodem genere vel ad ea que sunt in alio genere vel sui generis vel non cum que sunt in uno genere possunt facere propositionem immediatam ea que sunt in genere et ea que sunt in toto. falsam enim genus immediate descendit in aliquas species ille species comparate ad genus affirmative faciunt propositionem immediatam veram. negative immediate falsam. comparate autem ille species ad se invicem se habent econtra falsam negative faciunt propositionem immediatam veram. affirmative immediate falsam ut si albedo et nigredo immediate recipiunt colorem tunc albedo est color vel nigredo est color propositio immediate vera. albedo est nigredo immediate falsa. immediate autem econtrario falsam albedo non est color vel nigredo non est color immediate falsa. albedo autem non est nigredo immediate vera. Sic igitur potest accipi immediatio in hiis que sunt in eodem genere vel comparantur ad se invicem vel comparantur ad genus. Sed in hiis que sunt alterius et alterius generis nunquam est propositio immediata nisi in superioribus generum et superioribus generum sicut que non sunt ulterius in genere eorum autem que sunt in aliquo toto vel in aliquo genere propositio immediata isto modo esse non potest falsam diversorum generum et non subalternatim positorum diverse sunt species et differentie quia ipsa genera sunt diversa diversitas igitur specierum et differentiarum existentium in diversis generibus est ex diversitate generum prius igitur intelligitur contrarietas diversificari a substantia et econtrario et qualitas intelligitur diversificari ab hiis que sunt in substantia et ea que sunt in substantia hic enim diversificantur a qualitate et ab hiis que sunt in qualitate sed substantia et quantitas diversificantur ad invicem. philosophus igitur in precedentibus locutus est de immediatione in diversorum generum que non faciunt ea que sunt in genere sed ipsa genera hic autem loquitur de immediatione in eodem genere que possunt facere ipse species cum genere vel ipse species ad invicem. Ulterius forte dubitaret aliquis utrum refutatur magis ratio immediationis vel in hiis que sunt in eodem genere vel in diversis generibus. Dicendum quod multum est equivocata ista comparatio falsa diversa genera nunquam constituunt propositionem immediatam affirmativam veram. ea autem que sunt in genere ut comparantur ad suum genus econtrario se habent quia nunquam constituunt propositionem affirmativam immediatam falsam. in diversis igitur generibus negativa est immediata vera affirmativa est immediata falsa. ut nulla quantitas est substantia immediata vera. omnis quantitas est substantia immediata falsa. econtrario autem est de speciebus ut comparantur ad genus. Si igitur in aliquo possimus volumus hanc comparationem de immediate

facte dicentis quod inmediacio que est in diversis generibus ut in diversis predicamentis in comparabili maior est quam illa que est in speciebus unius generis. Flam enim non descendit per differentiam mediam in predicamenta sicut descendit genus per differentias medias in species. species ergo inmediate subiciuntur generi quia non per aliam speciem subicitur sibi non tamen subicitur ei inmediate quia non cadat ibi differentia media. nam si non oportet reducere speciem in genus sed tantum oportet ipsam reducere per aliquam differentiam per quam ergo quod sit de inmediacione in eodem genere ut species comparentur ad genus et in diversis generibus ut genera comparantur ad invicem. restat videre quod sit de inmediacione in eodem genere ut species comparantur ad invicem et in diversis generibus ut genera comparantur ad invicem. ad quod dicendum quod secundum veritatem talis est magis univoca comparacio.

Flam due species sub eodem genere inmediate existentes sunt facientes negativam inmediatam veram et affirmativam inmediatam falsam. Duo autem genera diversa que non sunt talia generibus et isto modo se habent. Sed quod est de inmediacione ubi scilicet est maior inmediacio aut secundum diversitatem generum cum diversa genera removentur ab invicem aut secundum proprietatem generis cum due species ab invicem removentur. dicendum quod in comparabiliter est maior inmediacio in propositionibus constitutis ex diversis generibus quam constitutis ex diversis speciebus sub eodem genere ut multo est maior inmediacio quia una non est continens quam quod una species alia non est alia. flam ipsa predicamenta se ipsis diversificantur. species vero non se ipsis sed per differencias. Inmediata est autem propositio cum dicitur quod una species non est alia quia secundum rectam lineam predicamentalem non invenitur aliquod medium ad hoc probandum inmediata est ergo propositio hec per remocionem medii secundum rectam lineam predicamentalem. Sed non est inmediata per remocionem medii quantum ad ea que cadunt ex latere. Differentia enim vel per se sumpta vel addita generi possit esse medium ad hoc probandum. Sed propositio inmediata secundum quod unum predicamentum removetur ab alio est magis inmediata quia talia se ipsis non per differentias constituentes ea diversificantur. Est ergo diligenter notandum quod quia magis est inmediata propositio dicens unum predicamentum esse aliud quam dicens unam speciem non esse aliam. ut ideo non esset inconveniens dicere hanc non esse inmediatam non quod nullo modo sit inmediata sed quia non habet tantum de inmediacione sicut illa. ¶ Deinde cum dicit. contingit autem alteram. Exequitur quomodo sequitur talis conclusio falsa cum altera premissarum est falsa. et quod dicit hic patet quod ergo flam primo dicit hoc cum est falsa minor et maior vera

bo cum est ibi. Sed que est b. c. dicit ergo quod cum autem sumpserit concludere negativam inmediate falsam. altera falsa et hoc contingit continget .i. contingit indifferenter et primo docet cum est vera maior et falsa minor vera autem quod patet .i. que est a. c. i. maior esse vera. que non est b. c. i. minor falsa ut ergo appareat terminis quod dicitur a. et b. non mutabimus sed per a. intelligemus colorem per b. albedinem sed prius mutabimus autem c. i. medium accipiemus .i. per c. saporem quod ulterius removetur a colore hiis autem terminis sic se habentibus exponatur littera sequens cum dicit Sed que est a. c. i. maior vera supra posita sumimus enim a. i. colorem non inesse omnibus que sunt ut non inest sapori maior ergo que est negativa videlicet nullus sapor est color est vera. Sed que est b. c. i. minor ut omnis albedo est sapor falsa est. enim impossibile est c. i. saporem esse in b. i. in albedine in quo nullo c. i. quo nullo sapore est a. i. color et sub dicit non .i. vera erit est a. c. propositio quod dicitur quod a. propositio que est negativa videlicet nullus sapor est color non possit esse vera. Si b. c. i. si minor que est omnis albedo est sapor esset in vera maior ergo erit vera et minor falsa. quia si esset in et minor vera esset conclusio vera. id sub dicit quod simul autem et si sint utreque vere et conclusio erit vera. Sed supra positum est quod sit falsa. quia hic agitur de sillogismo ignorancie. ¶ Iste autem quod cum hec sit inmediate vera. omnis albedo color hec erit inmediate falsa. nulla albedo est color. Ad probandum ergo hanc propositionem inmediate falsam. nullum b. est a. i. nulla albedo est color. accipiemus c. medium ad quod ulterius removetur a colore ut puta accipiemus saporem sic habebimus autem sic sillogizare. nullus sapor est color omnis albedo est sapor ergo nulla albedo est color. hic concluditur propositio inmediate falsa per maiorem veram et minorem falsam. ¶ Iste autem quod philosophus probat minorem debere esse falsam. in tali sillogismo dicitur uno modo ex parte maioris. nam non est possibile quod ad ulterius removeatur a. b. i. a colore et tamen conveniat b. i. albedini sapor ergo qui secundum veritatem removetur a colore in maiori secundum falsitatem predicabitur de albedine in minori si vera est maior nullus sapor est color cum albedo sit inmediate sub colore de necessitate erit falsa minor omnis albedo est sapor. Secundo ad hoc autem quod falsa est b. c. i. minor ex eo quod vera est a. c. i. maior probat hic ex parte conclusionis flam cum maior posita sit esse vera cum conclusio debeat esse falsa rebus sic se habentibus de necessitate oportet quod minor sit falsa. quia si essent ambe vere et conclusio vera esset quod est contra ypotesim. ¶ Deinde cum dicit. Sed que est b. c. ostendit quomodo possit concludi conclusio inmediate falsa per maiorem falsam et minorem veram et terminis ergo non mutabimus

26

concludemus .n. hanc in medio secundae figurae nullum b. est a. .i.
nulla albedo est color. sed mutabimus c. .i. medium acci
piemus .n. per modum quod universaliter subiciatur ipsi a. et universaliter predi
cetur de b. quomodo est disgregativum visus. sic .n. fiet sillogismus
Nullum disgregativum est color. omnis albedo est disgreg
ativa. ergo nulla albedo est color. hic concludatur conclusio
in medio tertiae figurae per minorem veram et maiorem falsam
in toto aut sed quod est b. c. .i. minorem conclusio veram esse cum
alia .i. cum maior sit falsa. ut si b. .i. si albedo et
in c. et in a. est .i. in disgregando et in colore non omnis al
bedo est disgregativa. et omnis albedo est color quo
posito necesse est aliquam albedinem esse. non .n. possit al
bedo esse in disgregatio et in colore nisi aliquam esse albe
dinem non color universaliter predicatur de disgregativo vel quod non
possit albedo esse universaliter disgregativa. quia si accipiatur a. in
nullo c. esse falsa est propositio super a. c. et talis suppletio
est quod minor est vera et conclusio in medio tertiae figurae ut patuit
in sillogismo antepositio. Deinde cum dicit. ideo est igitur epi
logatio est determinata. dicit ideo est igitur quod et cum altera
super premissarum sit falsa et utraque super premissis
falsis est sillogismus super ignorantie. Deinde cum dicit sed
in mediae figurae ostendit quod quando propositio negativa in medio secundae figurae po
ssit concludi per mediam figuram. et quod cum fiat. quia primo
ostendit quando possit et quando non possit. concludi quod per premi
ssas utrasque falsas. secundo quando possit concludi per alteram
falsam. tertio epilogat est determinata ibi. al
teram aut falsam. tertia ibi. ideo est igitur apparet primum
secundo quod si ambe premisse sint false totaliter non
potest in secunda figura concludi conclusio negativa in medio secundae figurae
sed si sint false in parte potest. duo igitur facit primo quod
primo ostendit quod non possit taliter conclusio concludi per ambas pre
missas totaliter falsas. secundo quod possit concludi per falsas
in parte ibi. in quodam autem. circa primum dicit. sed quod dicit
probat in tertium falsam probat hic ex habitudine terminorum
secundo ex conclusione appositum ibi. Si autem accipiatur.
dicit ergo si in mediae figurae totas propositiones esse utrasque falsas non
contingit quod dicit propositio negativa in medio secundae figurae non potest
concludi per utrasque premissas in toto falsas cum .n. a.
sit in omni b. .i. cum omnis b. sit a. sicut omnis albedo
sit color nichil erit .i. nullum contingit. accipe quod sit in
alio quidem omni alio nullo extrema ergo habitudine
terminorum ut quod albedo universaliter subiciatur colori non
potest inveniri aliquod quod universaliter conveniat uni et universaliter re
moveatur ab alio. et sic dicitur quod oportet aut sic. accipe
propositiones quod in hoc quidem sit super omnia et in hoc quidem non
sit. Si .n. vere esset sillogismus .i. si non debeat in rebus ari
secundo sillogismus per falsam figuram. Si autem quod propositio ne
gativa in medio secundae figurae hic opposita propositionem affirma
tivam in medio veram. Si ergo debeat probari per sil
logismum in mediae figurae. hic propositio in medio secundae figurae. Nullum b. est
a. .i. nulla albedo est color sed quod sua opposi
ta videlicet omnis albedo est color sit in media
te vera. sed constat quod non possumus concludere hanc in
medio secundae figurae. Nulla albedo est color. per falsam
figuram non una premissarum sit universalis affirmativa et alia
universalis negativa. sed ergo accipe aliquod medium quod universaliter
predicetur de colore et universaliter removeatur ab albedine
vel econverso. Sit ergo tale medium c. dicemus ergo omnis color
est c. nulla albedo est c. ergo nulla albedo est
color. vel dicemus nullus color est c. nulla albe
do est c. ergo et cetera. Si ergo ambe premisse sint tote
false in primo sillogismo. quod secundum se totum c. removebitur
universaliter a colore. quia hic propositio tota falsa. omnis color est
c. et conveniet universaliter albedini quia in ponitur tota
falsa. Nulla albedo est c. non ergo potest fieri sillogismus
in prima figura non c. medium removeatur universaliter a colore et con
veniat universaliter albedini. Si autem fiat sillogismus primo
secundo et sint ambe premisse tote false. autem medium c.
se habebit econverso. conveniet .n. universaliter colori et removebitur
universaliter ab albedine. extrema ergo habitudine termi
norum ut quod color in esse albedinis non potest in
veniri aliquod medium per quod sillogizetur in secunda figura. Nul
la albedo est color per utrasque premissas in toto
falsas quia tale medium inventum vel universaliter conveniret co
lori et universaliter removeretur ab albedine vel se haberet
econverso quod est impossibile. non .n. potest universaliter convenire uni quod
universaliter removeatur ab alio. Deinde cum dicit. Si igitur
accipiatur. probat hic idem ex conclusione apposita. dicit.
Si igitur accipiatur super ambe premisse sic. scilicet false
in toto falsae. ideo est quod contrarie se econverso habebunt. .i. erunt
in toto vere. hic autem impossibile est. quia conclusio esset vera.
Nos autem quod hic propositio in medio secundae figurae. nullum b. est a.
sicut nulla albedo est color non potest concludi
in secunda figura per ambas premissas in toto falsas. quia si
est possibile accipiatur medium c. et fiat sillogismus. in primo modo nul
lus color est c. omnis albedo est c. ergo nulla al
bedo est color. Si ergo ambe premisse sint in toto
false accipiantur contrarie vel quod idem est. contraria
contradictoriae propositiones. in qua contrarietate tunc erunt ambe
vere et fiet sillogismus in primo modo. Sic omnis color est c. hic
erit maior in toto vera quia sua contraria pone
batur in tota falsa. minor erit nulla albedo
est c. que etiam erit in toto vera. quia sua contraria erat
in tota falsa. sequitur ergo conclusio quod nulla albedo sit color
quod est impossibile. quia tunc concluderetur conclusio super falsa et
ex propositionibus super veris. extrema ergo conclusione apposita

num ut si contineatur premisse in oppositam conclusionis universalita
tem patet quia in ipsa sicut non possunt accipi ambe pre
misse in toto false concludentes conclusionem universalem
hoc idem est si conclusio sit universalis concludens in secunda figura per ambas
premissas in toto falsas quia tunc acciperentur contra
dictione vel quod idem est contineatur in oppositam conclusionis
recentur in toto ut contrarie fiet sillogismus in tertio secunde concludens
per premissas suppositas universales conclusionem suppositam universalem quod est im
possibile. Deinde cum dicit in quodam autem ostendit quod potest con
cludi talis conclusio per ambas premissas falsas in parte
dicit in quodam autem idest in parte nihil prohibet utramque
premissam falsam esse ut si c in a et b quodam sit
idest si accipiatur tale medium quod particulariter verificetur
de a et de b idest de colore et de albedine ut puta
perfectum quia quidam color est perfectus et quidam
non et quedam albedo est perfecta et quedam
non. Sic autem sermonis tui in universali. Si enim in a quod de
omni idest in omni colore accipiatur esse c idest esse perfectum
et dicatur omnis color est perfectus in b autem nullo
idest nulla albedo est perfecta false que sunt
utreque propositiones non cum toto sed in quodam idest in parte
per tales igitur premissas in parte falsas concluditur
quod nulla albedo sit color que est in medio secunde
figure et subditur quia et contingit autem posito predicatio supponi
sumpto erunt premisse ambe in parte false et conclusio
conclusio in medio secunde figure ut puta si dicatur nullus color
est perfectus omnis albedo est perfecta igitur nulla albe
do est color. Deinde cum dicit alteram autem ostendit
quomodo possit concludi talis conclusio per alteram premissam
falsam esse quod dicit quod primo ostendit quomodo possit concludi ta
lis conclusio per secundam figuram ubi maior est affirmativa et minor
negativa secundo ostendit quomodo hoc idem possit fieri per primum secun
dum consequentiam scilicet predicatum ibi si autem sit. Circa primum
dicit quod accipe alteram premissarum falsam et alte
ram veram et conclude suppositam falsam per secundam figuram vel
hoc erit quod maior erit vera et minor falsa vel econverso
primo igitur exemplificat de primo et secundo de secundo ibi iterum quod
in b. Dicit igitur alteram falsam idest per alteram premissarum
falsam quod sit quod scilicet et quod eveniat conclusio concludere contrariam inme
diate falsam et primo exemplificat quando maior est vera et
minor falsa dicens quod est idest in a omni idest in omni colore et in
b est supposito nulli idest in nulla albedine quod dicit quod ad hoc facien
dum oportet quod accipiatur medium quod conveniat omni colo
ri et omni albedini ut puta consequens vel visibile.
Si igitur accipiatur c idest medium ut puta consequens vel vi
sibile esse quod de in toto a idest in omni colore in b autem to
to idest in omni albedine non esse quod quidem est a c idest ma
ior videlicet omnis color est consequens vera erit sed quod

est b c idest minor videlicet nulla albedo est consequens
falsa erit et conclusio supposita erit in medio secunde figure videlicet nulla
albedo est color. Deinde cum dicit iterum quod in b
ostendit quomodo possit concludi talis conclusio per minorem veram et
maiorem falsam dicens quod est in nullo b idest in nulla al
bedine necesse in a omni erit quod dicit quod ad hoc faciendum
oportet accipi medium quod universaliter removeatur ab albedine
ut puta congregativum vel nigredo scilicet nulla al
bedo congregativa vel sic nulla albedo est nigredo.
Impossibile est quod omnis color congreget quia si omnis color esset ta
lis et omnis albedo esset talis. Secundum hoc sic idest in a omni esse
et in omni b supposito erit sed non erunt idest dicebatur quod deberet
accipi tale medium quod in omni b non erit idest quod universaliter remo
vebatur a b sicut nigredo vel congregativum. Si igitur acci
piatur c idest congregativum in toto quod de a esse ut omnis color
est congregativus in b autem nullo ut nulla albedo est
congregativa quod quidem est b c propositio idest minor vera est
altera vero idest a c maior falsa est et conclusio supposita in medio secunde
figure. Considerandum autem quod medium quod universaliter removetur a b idest ab
albedine impossibile est quod conveniat omni a. Dicitur igitur tale medium
se potest habere ad a vel ad colorem quod vel removetur
ab eo in parte sicut nigredo que removetur a co
lore particulariter quia est quidam color qui non est ni
gredo et tunc fiet sillogismus per maiorem falsam in parte et
minorem veram sicut ut omnis color est nigredo nulla
albedo est nigredo igitur nulla albedo est
color. Secundo modo hoc potest contingere quod medium acceptum quod removetur
universaliter ab albedine removeatur et universaliter a colore ut
sapor et tunc fiet sillogismus per maiorem falsam in toto et
minorem veram sic ut omnis color est sapor nulla
albedo est sapor igitur et cetera. Deinde cum dicit si autem
ostendit quomodo potest concludi conclusio in medio secunde figure per alteram pre
missarum veram et alteram falsam in primo secundo et duo
facit quia primo ostendit quomodo hoc fiat cum maior est vera et minor
falsa secundo cum econverso ibi iterum. Dicit igitur quod si autem sit con
verso posito predicato quod dicit quod sillogismus concludit conclusionem in medio secunde
figure per alteram premissarum veram et alteram falsam
conversa posito predicato sicut sillogismus sic fuit in secundo se
habebat maiorem affirmativam et minorem negati
vam et sic igitur convertatur predicatio sive negativa et
fiat sillogismus in primo secunde et sit maior negativa et minor
affirmativa continget fieri quod concludetur conclusio in medio secunde figure
per alteram premissarum veram et alteram falsam et primo ex
sequitur de hoc quando maior est vera et minor falsa dicens quod in
nullo a est idest in nullo colore nec in b in nullo erit
idest in nulla albedine quod dicit quod ad hoc faciendum oportet
accipi medium quod universaliter removeatur a colore et ab al
bedine ut puta sapor. Si igitur accipiatur c idest medium

videlicet sapor in toto quidem a non esse ut nullus color est sapor et b autem toto esse ut omnis albedo est sapor que quidem est a c propositio scilicet maior vera est alia autem scilicet minor falsa et conclusio similiter erit immediate falsa. Deinde cum dicit et contingit ostendit quomodo si fiat si maior sit falsa et minor vera dicit quod contingit quod in toto b c scilicet in omni albedine accipere esse et in nullo a scilicet in nullo colore falsum erit quod cum conveniat omni albedini non potest removeri universaliter a colore ideo subditur quod necesse est si quod est in toto b scilicet in omni albedine primo esse in quodam a scilicet in quodam colore. accipiendum est ergo medium quod conveniat omni albedini ut puta congregativum visus quod competit et omni albedini et quod conveniat omni colori sic autem se habentibus terminis si ii accipiatur c scilicet medium ut puta congregativum esse quidem in omni b ut omnis albedo est congregativa et a autem nullo scilicet accipiatur esse in nullo colore ut nullus color est congregativus hec est maior que quidem est b c scilicet minor vera erit que autem a c scilicet maior falsa et similiter conclusio falsa. Est quod particularis propositio dicitur vel simpliciter vel particulariter ut si dicatur quidam color est congregativus similiter non omnis color congregat vel universaliter ut si dicatur quidam color est qualitas quia omnis color est talis quod ergo convenit omni albedini potest competere cuidam colori particulariter ut puta congregativum vel potest competere ita cuidam colori quod competit omni ut puta qualitas. Si ergo accipiatur medium primo modo concludetur conclusio immediate falsa per maiorem falsam in parte et minorem veram simpliciter ut nullus color congregat omnis albedo congregat ergo nulla albedo est color. Si accipiatur medium secundo modo concludetur talis conclusio per maiorem falsam totaliter per minorem simpliciter veram ut nullus color est qualitas omnis albedo est qualitas ergo nulla albedo est color. Deinde cum dicit manifestum est ergo epilogat esse determinata dicit quod manifestum est ergo quod utrisque premissis falsis existentibus et altera tantum premissarum existente falsa erit syllogismus deceptionis in individuis scilicet in propositionibus immediatis concludetur scilicet deceptio propositio immediate falsa per ambas falsas et per alteram tantum.

lec. 36 Non in his autem que sunt indivisa et c. postquam philosophus ostendit quomodo potest concludi propositio falsa opposita propositioni immediate vere. In parte ista declarat quomodo possit concludi propositio universalis falsa opposita mediate vere et cetera quia primo ostendit quomodo concludatur talis propositio si sit universalis affirmativa vel secundo si vero sit affirmativa et cetera quia primo ostendit quomodo concludatur talis negativa falsa per figuram primam secundo quomodo per tertiam ibi sed per mediam. propter primum sciendum quod medium se habet triplici habitudine aliud est appropriatum aliud simile appropriato aliud extraneum ut si debeat concludi hec propositio mediata omnis homo est substantia dicetur medium appropriatum quod est in predicamento substantie ut est inter hominem et substantiam vivum aut corpus et cetera talia potuit accipi tamen appropriatum medium licet forte in hoc medio appropriata sit dare gradus quod unum potest esse magis appropriatum quam aliud omnia tamen talia media possunt dici appropriata. medium autem simile appropriato potest dici medium aliquod accidentale per quod potest concludi talis conclusio ut puta si omnis homo esset albus et omne album esset substantia. Si acciperetur album per medium ad concludendum omnem hominem esse substantiam diceretur accipi medium simile appropriato. medium autem extraneum dicitur omne id per quod nullo modo vere potest concludi talis conclusio ut puta lapis aut lignum nullo autem modo per tale medium concluderetur conclusio proposita et quod dictum est de predicatis substantialibus que predicantur in primo modo dicendi per se veritatem habet in per se passionibus que predicantur secundo modo per se ut si dicatur triangulus habet tres ista non est immediata quia habet medium sive probationis medium ergo ad probandum habere tres determinato vel accipietur appropriatum vel simile appropriato vel extraneum. medium autem appropriatum ad hoc probandum est id per quod talis passio inest tali subiecto ut puta habere angulum extrinsecum. medium autem simile appropriato est id per quod talis passio non inest suo subiecto sed potest inferri quod insit ut puta si accipiatur primus figure esse et omnis figure habere tres angulos est huius ergo et cetera. medium autem extraneum est id per quod talis passio nec inest nec potest inferri quod insit. Unde volens ergo philosophus probare quomodo concludatur universalis negativa falsa opposita universali affirmative vere non indivise sed mediate tamen facit quia primo ostendit quomodo hoc fiat per medium appropriatum secundo quomodo per medium simile appropriato tertio quomodo per medium extraneum. secunda ibi Si autem sit extra tertia ibi Si vero non proprium. Circa primum tamen facit quia primo ostendit quomodo concludatur talis conclusio falsa per medium appropriatum secundo exponit se quid appellet medium appropriatum tertio quod dixit manifestat in terminis. secunda ibi Dico autem tertia ibi Sit non a. Dicit ergo quod in his autem que sunt non individua supple si debeat in talibus concludi negativa falsa cum quidem per appropriatum medium supple concludatur talis conclusio per medium appropriatum sic syllogismo deceptionis supple necesse non possibile est utrasque propositiones esse falsas sed solum eam que ad maiorem est ultimum scilicet ad maiorem extremitatem quasi dicat quod si accipiatur medium appropriatum solum maior potest esse falsa minor autem semper vera. Est autem quod si quis vellet concludere hanc propositionem falsam nullus homo est substantia que opponitur huic propositioni vere non indivise scilicet non immediate videlicet omnis homo est substantia. Si debeat medium appropriatum per quod possit concludi hec propositio va

ut puta si accipiatur

ut puta si accipiatur aliquid vel corpus vel quodcumque aliud quod est inter hominem et substantiam. Sed per tale medium proprium per quod concluditur ex opposito affirmativa mediate vera debeat concludi in prima figura ex opposito negativa mediate falsa, impossibile est minorem esse falsam, sed solum maior. Fiet enim sic sillogismus: nullum corpus est substantia, omnis homo est corpus, ergo nullus homo est substantia. Hoc idem contingit in ipsa passione similiter, ut si per hoc medium proprium videlicet per habere angulum extrinsecum, per quod concluditur ex opposito haec affirmativa vera immediata quod omnis triangulus habet tres, debet concludi negativa falsa mediata quod nullus triangulus habet tres, impossibile est minorem esse falsam. Sic enim fiet sillogismus: nullum habens angulum extrinsecum habet tres, omnis triangulus habet angulum extrinsecum, ergo nullus triangulus habet tres.

Dico autem exponere secundum quod appellat Aristoteles medium proprium. Dico autem proprium medium supra esse per quod fit sillogismus contradictionis, id est sillogismus qui fit sillogismus concludens oppositum contrariam, ut si debeat concludi hec negativa falsa: nullus homo est substantia, medium proprium erit illud per quod fit sillogismus contradictionis, id est sillogismus contrarius per eum concluditur haec opposita contraria que est vera, videlicet quod omnis homo est substantia.

Deinde cum dicit: Sed et in A D, quod dicitur manifestat in eisdem terminis: quod si sit A id est substantia in B id est in homine per medium C id est per corpus, id est probetur quod omnis homo sit substantia per hoc quod omnis homo est corpus, sed ergo per hoc idem medium debeat probari quod nullus homo sit substantia, quod minor semper erit affirmativa et semper erit eadem in illo sillogismo probante nullum hominem esse substantiam que fuit in illo probante omnem hominem esse substantiam; necesse erit semper minorem veram esse. Ad alterum necesse est quod B C id est illam que est minor affirmationem accipi secundo sillogismo per medium supra proprium. Ratio est quia hec id est minor semper est vera, non enim convertitur, id est non mutatur vel non convertitur supra in oppositam qualitatem, sed manet affirmativa sicut prius. Sed que est A C id est maior falsa semper erit; hac enim conversa in oppositam qualitatem fiet sillogismus contradictionis, id est sillogismus oppositus vel sillogismus contrarius, sicut sillogismus concludens ex opposito contrariam.

Nota autem quod si fiat talis sillogismus: omne corpus est substantia, omnis homo est corpus, ergo omnis homo est substantia, sed debeat concludi ex opposito contraria falsa, videlicet quod nullus homo sit substantia, non variabitur minor sed maior convertetur in oppositam qualitatem; accipietur enim maior universalis negativa que in illo sillogismo fuit universalis affirmativa. In tali ergo sillogismo concludente ex opposito sic falsam maior erit falsa, minor autem semper vera.

Deinde cum dicit: Sed autem contra quod concludatur talis conclusio falsa per medium sillogisticum ex opposito, dicit: sed et si ex coordinatione accipiatur medium, ut puta quod non accipiatur medium substantiale sive medium proprium,

8 sed accipiatur medium accidentale ut D, positum autem per D intelligitur ad accidentale quod sic se habeat ad substantiam et ad hominem sicut corpus, ut sit contentum vel universalior substantie et vult predicatur de homine sicut id est medium acceptum in huiusmodi sillogismo, ut puta si accipiatur mobile vel quod dicitur, ut autem quod contrarius dicitur id est quod dicitur sit in toto A id est vel substantiatur substantie et semper dicatur de omni B, necesse est quod eadem est D B id est minorem propositionem manere, alteram autem id est maiorem converti supra in oppositam qualitatem esse. Hec eadem id est minor semper vera erit, illa autem id est maior semper falsa. Et sic dicit quod et fere huiusmodi deceptio que fit per medium sillogisticum est eadem cum illa que fit per proprium medium.

Nota autem quod si fiat talis sillogismus verus per medium sillogisticum ex opposito: omne quod dicitur est substantia, omnis homo est quod dicitur, ergo omnis homo est substantia, sed debeat fieri sillogismus contrarius concludens quod nullus homo sit substantia, non mutabitur minor sed maior accipietur negativa falsa, videlicet nullum quod dicitur est substantia. Maior ergo semper erit falsa et minor semper vera.

Dubitatur forte an ista deceptio per medium sillogisticum est fere eadem cum deceptione per medium proprium.

Dicendum quod in hoc est similitudo et idemptitas (?) inter hanc deceptionem et illam. Sed fiat talis deceptio in prima figura, quod semper in omni tali deceptione maior erit falsa et minor vera. Causa autem quare semper minor est vera est quia istud est medium proprium quod faciat sicut ad ultimum in eo aliud, ut medium proprium quare genus remotum insit speciei est genus propinquum, et medium proprium quare per se passio insit subiecto est differentia dicens propter quid passionis vel est per se causa quare illa passio insit illi subiecto. Medium autem sillogisticum est medium quodcumque aliud per quod potest inferri tale genus de tali specie vel talis passio de tali subiecto. Medium ergo proprium a medio sillogistico differt quia medium proprium est causa quare tale predicatum sit, tale genus remotum predicatur de tali specie, vel est causa quare talis passio insit tali subiecto. Medium autem sillogisticum non est causa quare tale genus predicetur de tali specie, sed solum causa inferendi de ipsa vnn et medium accidentale potest esse tale medium inferendi scilicet sed non essendi causa quare genus insit, et in per se passione medium sillogisticum non est causa quare talis passio insit tali subiecto sed quare inferatur de ipso. Medium ergo proprium est causa inferendi et essendi; medium sillogisticum est causa inferendi sed non essendi; medium extraneum nec essendi nec inferendi. In hoc ergo conveniunt medium proprium et sillogisticum, quod utrumque est causa quare maior communitas inferatur uni de minori communitate. Sed non potest esse causa quare aliud inferatur affirmative uni de aliquo non predicatur uni de illo, ut non potest esse causa quare ponitur esse maior communitas inferatur uni de

ex paucioribus est dignius quod velocius scitur
equaliter autem sint illa pauciora ut quod est
ex paucioribus communibus est melius quam ex pluri-
bus secundo et idem est de propositionibus et suppositionibus

Deinde cum dicit: Si non sit. ponit secundum quod
est necessarium ad propositum dicens si non media erit
i. contingit esse cognita similiter i. esse eisdem generis et
eisdem coordinationis appellat non medium ergo
cognita quod ideo sunt vel per eandem coordina-

omnium. Si igitur media accipiantur talia secundum quod priora notiora sunt, priora enim media eiusdem coordinationis notiora sunt posterioribus, potest enim contingere quod priora in rebus non erunt ita nota nobis sicut posteriora in mathematicis, sed ceteris paribus accidit priora et posteriora eiusdem coordinationis secundum quod priora sunt notiora posterioribus.

Deinde cum dicit: Sed per media, exclusit quae dixerat per aliquod exemplum exponens suam probationem in terminis. Sit demonstratio per media quae sunt b c d, quod a sit in e, quod idem dicere quod demonstretur quod a sit in e, ut puta substantia in homine per hoc etiam media b c d, per corpus, per animatum corpus, per animal, quae sunt etiam media inter hominem et substantiam. Per a igitur intelligatur substantia, per e homo, per b corpus, per c animatum corpus, per d animal. Et similiter quod sit ubi alia scilicet demonstratio per haec media b c d quod a sit in d, quod idem dicere quod ostendatur aliud medium quod a sit in d, id est substantia in animali, per b et per c, id est per corpus et per animatum corpus quae sunt media inter substantiam et animal. Et similiter quod secundum igitur hoc, scilicet hoc quod a sit in d, id est substantia in animali, et quod a sit in e, id est substantia in homine, quod demonstrat quod media per quae probatur substantia de homine et de animali se habent similiter, id est sunt eiusdem coordinationis. Sunt enim in eadem linea praedicamentali. Differunt tamen media per quae probatur substantia de animali et per quae probatur de homine, quia media inter substantiam et animal sunt priora, media autem inter substantiam et hominem sunt posteriora. Id autem scilicet quod a sit in d, id est substantia in animali, prius est et cognoscibilius quam quod a in e, id est substantia in homine. Probatur enim per illud, id est per animal, demonstratur illud, id est substantia de homine. Et similiter quod cognoscibilius autem est quod est prius quam et quae est per minima, id est per pauciora. Et quia sic est aliis eisdem existentibus, id est ceteris paribus, melior est demonstratio quae est prius quam et per priora et per minima, id est per pauciora, quam quae est per posteriora et per plura. Tunc igitur est supplenda ratio quod cum sic se habeat affirmativa demonstratio ad negativam, quia est per priora et per pauciora, ostendit quod sit potior quam negativa.

Dubitaret forte aliquis utrum affirmativa probetur per pauciora quam negativa.

Ad quod oportet esse pauciora per quae probatur affirmativa quam per quae probatur negativa. Similiter per omnia per quae probatur affirmativa probatur et negativa, addit autem aliquod medium vel aliqua media probatio negativae supra affirmativam, ut patet in omnibus generibus. Similiter si accipiantur aliqua duo extrema in uno praedicamento inter quae cadant quam plura possunt eadem media in eodem praedicamento et accipiatur terminus qui propinquior sit minoris extremitatis acceptae in alio praedicamento apparebit idem sic esse ut diximus. Verbi gratia, accipiatur

distantia in aliquo praedicamento ut puta in praedicamento substantiae, scilicet substantia et homo. Inter haec enim extrema cadunt plura media quam inter aliqua alia duo extrema non descendendo usque ad individua, quia illa relicta sunt species specialissima tenens infimum locum in praedicamento et genus generalissimum supremum. Ideo igitur exempli assumpsimus hos terminos, videlicet substantiam tamquam maioris extremitatis et hominem tamquam minoris. Reducetur enim homo in substantiam per aliqua media, ut puta per tria, dicemus enim esse hominem substantiam quia est corpus, esse corpus quia est animatum corpus, quia est animatum corpus quia est animal. Propter quod quinque litterae positae in textu, videlicet a b c d e, possunt significare hos quinque terminos, duos extremos et tres medios, videlicet substantiam, corpus, animatum corpus, animal, hominem. Sic igitur se habet in affirmativa, quia isto modo in eodem praedicamento reducitur mediatum ad immediatum. Si igitur accipiatur negativa et accipiatur terminus alicuius alterius praedicamenti, ut puta quod accipiatur aliquid in praedicamento quantitatis quod removeatur ab homine, dicto quod accipietur illud inter quod et hominem cadunt pauciora media. Hic autem erit ipsa quantitas sive ipsum praedicamentum, pauciora enim media assumentur ad probandum quod quantitas removeatur ab homine quam quod linea removeatur ab homine. Similiter quod quantitas removeatur ab homine non accipientur media nisi quae sunt in praedicamento substantiae quae sunt supra hominem, reducetur enim homo in substantiam quae substantia immediate removetur a quantitate. Sed quod linea removeatur ab homine non solum reducetur homo in substantiam et non solum accipientur media quae sunt in praedicamento substantiae, sed etiam reducetur linea in quantitatem et accipientur media quae sunt in praedicamento quantitatis. Sic igitur est igitur terminus quem inter hominem cadunt pauciora media. In oppositione igitur affirmativa quae fuit in eodem praedicamento assumpsimus istud quod maxime distat ab homine ut substantiam. In oppositione vero negativa quae fuit diversorum praedicamentorum assumpsimus terminum quem inter hominem cadunt pauciora media, ut puta quantitatem vel qualitatem vel quodcumque aliud praedicamentum. Substantia igitur cum homine faciet propositionem affirmativam. Quantitas autem vel qualitas vel quodcumque aliud praedicamentum faciet negativam. Omnia autem quae accipiuntur media ad probandum affirmativam quod homo sit substantia accipientur ad probandum negativam quod homo non sit quantitas et adhuc plura. Similiter inter hominem et substantiam non sunt posita esse nisi tria media videlicet animal, animatum corpus, corpus, sed quod quantitas removeatur

ab homine erunt ibi quatuor media videlicet ista predicta et adhuc quintum videlicet ipsa substantia. Nam ipsa substantia non est medium inter substantiam et hominem, sed est medium quare quantitas removeatur ab homine. Haec ergo negativa homo non est quantitas, vel quantitas removetur ab homine, reducetur ad mediatam per quatuor media. Dicetur enim quod quantitas removetur ab homine quia removetur ab animali, ab hoc autem quia ab animato corpore, ab hoc vero quia a corpore, a corpore vero removetur quia removetur a substantia. Illa ergo eadem media que cadunt ad probandum affirmativam cadunt ad probandum negativam et adhuc plura. Propter pauciora ergo est affirmativa quam negativa, ergo potior. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis quod cum multe sint negative in eodem predicamento utrum veritatem habeat in negativis eiusdem predicamenti quod per illa eadem media et per adhuc plura probatur negativa quam affirmativa. ¶ Dicendum quod negative in eodem predicamento sunt quando una species removetur ab alia, ut si dicatur quod homo non est leo vel quod homo non est ferrum vel quod animal non est lapis. Oportet enim ista accipi secundum diversas specialissimas species vel specialissimas vel subalternas. Si ergo iste due species vel immediate continentur sub eodem genere ut albedo et nigredo sub colore, et tunc faciunt propositionem negativam immediatam et in demonstrationibus de talibus ergo non est questio. Si vero sint sub eodem genere non proximo sed remoto, ut puta quod homo non est ferrum, tunc idem dicemus de talibus duabus speciebus in eodem predicamento quod diximus de quibuslibet duabus aliis speciebus in diversis predicamentis. Nam homo et ferrum licet sint in eodem genere remoto, non sunt autem in eodem genere proximo. Accipiemus ergo quam longius et quantum removeri poterimus non de se invicem predicantia, ut ex parte hominis accipiemus corpus animatum, ex parte ferri corpus inanimatum, et eodem iudicium de istis duobus generibus scilicet hominis et ferri quod esset de duobus predicamentis scilicet duorum aliquorum contentorum in predicamentis illis. Nam sic dicimus quod licet removeatur ab homine quodlibet predicamentum quantitatis in quo est, licet removeatur a predicamento substantie in quo est homo, sic dicemus quod homo removetur a ferro quia corpus animatum in quo est homo tamquam in genere removetur a corpore inanimato in quo est ferrum tamquam in suo genere. Et sicut haec negativa mediata homo non est licet reduci ad immediatam reducendo eam hominem quam in linea in suprema genera que sunt ab invicem diversa, sic hanc mediatam negativam homo non est ferrum reducemus ad immediatam reducendo tam hominem quam ferrum quousque in superiora possumus ad invicem differentia. Haec autem non sunt nec substantia nec corpus, quia nec in substantia nec in corpore differunt homo et ferrum, sed haec sunt animatum et inanimatum. Si ergo per istam negativam mediatam homo non est ferrum volumus accipere affirmativam quam magis mediatam possumus, accipiemus homo est corpus animatum vel istam ferrum est corpus inanimatum. Quo facto patet quod per illa eadem media per que reducatur homo in corpus animatum, per illa eadem media et per plura removebitur homo a ferro vel a corpore inanimato, ut puta si inter corpus animatum et hominem sint duo media videlicet animal et rationale animal, per omnia ista media per que reducitur homo in corpus animatum removebitur a corpore inanimato, et adhuc per plura, quia et ipsum corpus animatum quod non cadit medium inter se ipsum et hominem cadet medium per remotionem inter corpus inanimatum et hominem. Haec et ergo quod Philosophus dicit quod aliis eisdem existentibus, id est ceteris paribus, id est si accipiatur talis affirmativa secundum quod competit accipere negative vel secundum quod debet accipi vel requirit accepta negativa, semper ex paucioribus est affirmativa quam negativa. Posses enim talem accipere affirmativam et talem negativam quod per plura esset affirmativa quam negativa. Sed si accipiatur affirmativa secundum quod requirit negativa, semper est ex paucioribus affirmativa quam negativa. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrum sit ex prioribus sit affirmativa quam negativa. ¶ Dicendum quod illud quod est causa et quod est prius quam aliud est prius illo. Si enim homo removetur a quantitate per substantiam, prius intelligitur homo esse in substantia quam removeri a quantitate, immo ipsam esse in substantia est prius quam et est causa quare removeatur a quantitate. Prius ergo comparatur negativam ad affirmativam eo modo quo in eodem predicamento affirmativa magis mediata comparatur ad affirmativam minus mediatam, ut sicut haec homo est substantia que est magis mediata comparatur ad hanc animal est substantia que est minus mediata, ita suo modo comparatur ad presens propositum haec homo non est quantitas que est negativa comparatur ad hanc homo est substantia que est affirmativa. Nam sicut illa eadem media que cadunt inter animal et substantiam cadunt inter hominem et substantiam et adhuc plura, sic illa eadem media que cadunt in affirmativa cadunt in negativa et adhuc plura, dummodo accipiatur affirmativa secundum quod debet accipi iuxta acceptam negativam. Nam ad hanc negativam homo non est ferrum non deberet accipi haec affirmativa homo est substantia vel homo est corpus, in quibus convenit cum ferro, sed deberet accipi homo est animatum corpus, in quo differt a ferro. Sic enim.

accipiendo affirmativam sed per plura est negativa quam affirmativa. Rursus sit quod a sit substantia et sit prior quam quod homo sit substantia quod homo est substantia per hoc quod a est substantia. Sic affirmativa prior est quam negativa similiter non removetur homo per substantiam a corpore nisi quod prius intelligitur esse in substantia quam removetur a corporali videlicet. philosophus ergo sumit propositionem precessisse cum ex duabus affirmativis videlicet ex a in e et in d i. ex substantia in homine et in alii per media eiusdem coordinationis probavit paucitatem et prioritatem ut quod per pauciora et priora est a de d i. substantia in animali quam in e i. in homine cum tamen ipse non debet hic probare de duabus affirmativis sed de affirmativa et negativa cum de hiis sit principaliter intencio sed ut patuit idem est similiter de duabus affirmativis in eodem predicamento quarum una est mediacior altera et de affirmativa et negativa dum tamen accipiatur affirmativa ut debet accipi iuxta acceptam negativam per pauciora ergo ut dicebat prima supposicio et per priora et nociora ut dicebat secunda est affirmativa quam negativa potior ergo et dignior est ista quam illa. Deinde cum dicit utraque quidem igitur adducit tertiam rationem. differt autem hec ratio a prima quia prima arguit de paucitate secundum numerum et arguit de paucitate non secundum unum et eundem sillogismum. nam in uno et eodem sillogismo semper est unum medium. hec autem arguit in uno et eodem sillogismo et arguit de paucitate non secundum numerum sed non numeri in uno et eodem sillogismo tot sunt in affirmatione quot in negatione sed in uno et eodem sillogismo secundum qualitatem et formam plura sunt in negatione quam in affirmatione similiter in affirmatione non sunt nisi propositiones affirmative tamen in negativa non est una propositio affirmativa et alia negativa ideo autem quod utraque quidem igitur s. demonstraciones tam affirmativa s. quam negativa demonstrant per tres terminos et per duas propositiones sed hec quidem s. affirmativa demonstratio accipit quod est esse i. accipit solum propositiones affirmativas illa vero s. negativa demonstratio accipit quod est esse et non esse i. accipit affirmativam et negativam per plura itaque super secundum qualitatem et formam est negativa quam affirmativa quare et dignior est hec quam illa. Deinde cum dicit amplius quoniam adducit ad hoc eandem etiam rationem suprapositam ex eo quod affirmativa non solum est ex paucioribus in comparatione ad affirmationem et in comparatione ad formam videlicet quantum ad numerum in diversis sillogismis et quantum ad qualitatem et formam in eodem sillogismo. sed etiam affirmativa est potior quia est maioris efficacie ideo autem amplius sed affirmativa est potior quam negativa quoniam consimilis est et sic prior in quo est fieri

sillogismum ex utrisque propositionibus privativis ex pluribus negativis non sequitur ut in prioribus probatur sed super in privativo sillogismo unam quidem super propositionem oportet esse talem i. negativam alteram vero quoniam aliqua est i. affirmativam. Tunc ergo fortius sic ratio. affirmativi sillogismi non indigent propositione negativa negativi autem sillogismi non possunt fieri sine propositione affirmativa ergo efficacior est ad concludendum affirmativa quam negativa similiter affirmativa non solum habet efficaciam in sillogismo affirmativo sed in negativo et quod est efficacior est affirmativa ideo dignior. Deinde cum dicit amplius iuxta hoc adducit ad hoc eandem quartam rationem. et quod ita fiat quod adducit hic rationem. secundo etiam applicat terminis tertio ex hiis que dicit concludit intentum. secunda ibi sit enim in nullo. tertia ibi sed quoniam nociorem dicit ergo quod amplius iuxta hoc i. iuxta propositiones negativas oportet accipere hoc i. propositiones predicativas augmentata quidem ei demonstratione necesse est fieri plures predicativas i. affirmativas privativas quidem in positione est fieri plures in uno sillogismo unam enim esse s. privativam in omni sillogismo privativo super contingit. Illo autem videamus hic quod in hoc consistit quod affirmativa sic potior quam negativa quia si augmentetur demonstratio negativa i. si prosillogizentur premisse sillogismi negativi. nam hoc est augmentare sillogismum vel demonstracionem prosillogizare premissas eius sed ergo fiat prosillogizatio in sillogismo privativo in prosillogismo plures accipientur affirmative quam negative similiter ad prosillogismum affirmativam accipientur ambe affirmative sed ad prosillogismum negativam accipientur altera affirmativa altera negativa. plures ergo erunt ibi affirmative quam negative in ipso ergo sillogismo negativo hec maiorem efficaciam propositio affirmativa quam negativa. ergo dignior. et si dignior est propositio affirmativa quam negativa dignior est demonstratio affirmativa que accipit omnes propositiones dignas i. omnes affirmativas. quam sit demonstratio negativa que accipit aliquam propositionem negativam intra minus dignam. Dubitatur forte alicui quod videtur quod ista ratio contra contradicat rationi prime similiter in illa prima dicebatur quod que est ex paucioribus est dignior ergo dignior est negativa quam affirmativa. sed ergo in prosillogismo plures accipiuntur affirmative quam negative videtur quod sit dignior negativa. Ad quod propositio respiciens pauciora minus dignior est quia est magis immediata et est principior principio et ad hoc videtur ratio prima quia ceteris paribus semper affirmativa est immediacior quam negativa. sed secundum media

accepta q̄les debeant accipi ꝓpo̅es ut̄ aff
matiue ul' negatiue. ad h' nō vadit p̄ma rō.
Sȝ ad h' vadit rō hec q̄rta. vn̄ equiuoce loquit̄
de plali̅ter h' rō ⁊ illa rō .n. p̄ma ex pauci̅ter me
dioꝝ arguit dig̅tate̅ affimatiue h' aut̄ suppo̅
nn̄ᵒ medioꝝ ex plali̅ter ꝑdiu̅ affinatiaꝝ ar
guit efficaciā ꝓpo̅is affimatiue ⁊ ita dig
tate̅ ei⁹. slam ad sillo̅m duas p̄missas ⁊
ī sill'o negatiō nō acci̅do n̄ duo media vnū
ad ꝓsillo̅m maiore̅ ⁊ a̅d ad ꝓsillo̅m mīorem
ī tali .n. ꝓsillogizatōe. ꝯcurrent plēs aff
matiue q̄ negatiue q̄ nō ē̅ē n̄ affimatiā
ē̅ē efficacioꝛ ⁊ ꝑ ꝯñs dig̅oꝛ. Culti⁹ for
te dubitaȝ a's. q̄ vȝ h' rō q̄rta nō diffe̅
a rōe t̄cia slam utrꝗ arguit ex eo q̄ oꝫ mlti
plicari affinatiam. ⁊ ex eo q̄ hec est ef
ficacioꝛ q̄ negatiā. Cd̄ q̄ hec rō q̄rta
addit s̅ rō̅m t̄ciā slam rō t̄cia sup̅ arguit
affimaciam efficacioꝛe ē̅ē q̄ hȝ v̄tute̅ ⁊ effi
caciā ī affimatiō tm̄ q̄ ī negatiō sill'o. nega
tiā aut̄ solū hȝ efficaciā ī sill'o negatiō Sȝ
h' rō q̄rta plus arguit ꝓbat .n. q̄ ī ipō
sill'o negatiō q̄ ad aliq̄ hȝ maiore̅ effica
ciā affimatiā q̄ negatiā. ut q̄ ad ꝓsillogi
zatōm ei⁹ Si .n. a̅d hȝ̅e̅t pōm ī duabȝ rebȝ
ē̅ē potenci⁹ q̄m i̅d q̄ hȝ̅e̅t pōm ī vna illaꝝ
tm̄. ⁊ ad huc si i̅d aut̄ illi⁹ vni⁹ rei ī q̄ ut'ꝗ
hȝ̅e̅t efficaciā. Si i̅d q̄ hȝ pōm ī duobus.
hȝ̅e̅t ī ⁊ illa ead̄ re ī q̄ hȝ efficaciā a̅d mai
ore̅ efficaciā q̄ i̅d. tu̅c nulli dubiū ē̅ē q̄
ē̅ē in eo potenci⁹ q̄ i̅d ꝯsilem modū ar
guit plꝰ de ꝓpo̅e affimatiā ⁊ de negatiā
Cdem cū d̄r. Sit .n. ī nullo. q̄ dicat
declat ī t̄mīs .d. sit .n. ī nullo ē̅ē .a. ī quibȝ
est .b. i. hec sit maioꝛ sill'i negati. s nullū
b. est a. ī .c. a' oī sit .b. i. h' sit mīoꝛ oē .c.
est .b. Si itm̄ op⁹ est auge̅ ut'ꝗ ꝓpo̅es. i.
si nec̅c̅e est ꝓsillogizare ut'mqȝ istaꝝ p̄m
issaꝝ ī ueniendū est me̅ īt' q̄ de .a. b. i. ī ue
niendū est me̅ ꝯpetens. q̄ ꝓsillogizet
a. b. que fuit maioꝛ videlȝ s nullū .b. est
a. Sit .d. tale me̅. s. Sȝ .b. c. sit .e. i. ad ꝓsil
lo̅m .b. c. mīore̅ sit .e. me̅ ⁊ s̅bdit q̄ .e. eidem
g' m̄ est pdicatū ē̅ē .q. d. q̄ me̅ .e. ꝑ q̄
sillogizabit̄ .b. c. mīoꝛ affimatiā erit ī ut'
q̄ p̄missaꝝ affimatiū q̄ nō sillogizat̄
affimatiā n̄ ꝑ affimatiam. s̄ȝ .d. q̄ fuit me̅
ad ꝓsillo̅m .a. b. que fuit negatiā vnam

ꝓpōm ut mīore̅ faciet affimatiam s̅bdit
.n. sic sill'ȝ ad ꝓsillo̅m mīore̅ oē .e. est .b.
oē .c. est .e. g' oē .c. est .b. ꝓp' q̄ ī ꝓsillogiza
tōe mīoris erūt oīā affimatiā. maioꝛ a'
ꝓsillogizabit̄ sic. nullū .d. est .a. oē .b. est .d.
g' nullū .b. est .a. rō q̄ ad hoc s̅bdit q̄ si .d.
de .b. q̄ui de pdicatū .i. mīoꝛ ad ꝓsillo̅m ma
iore̅ erit affimatiā .a. d. a'. i. maioꝛ illi⁹ ꝓ
sill'i t̄cꝗ ꝓuatiū .i. erit negatiā ⁊ s̅bdit.
ponat̄ .d. q̄uide .n. de oī .b. i. d. pdicabit̄
de oī .b. ista est mīoꝛ. Sȝ .a. ī nullo oꝫ ē̅ē .d.
.i. remouebit̄ ab oī .d. ista est maioꝛ Sic
g' vna est ꝓuatiā ꝓpo̅. que est .a. d. q̄ si
dicet. q̄ ī ꝓsillo̅do maiore̅ ⁊ mīore̅ alic⁹ sill'i
negati nō accipim⁹ n̄ vnā p̄missam. nega
tiuā ⁊ tres p̄missas affimatiās g' nō solum
ab̅ ⁊ sup̅ Sȝ ī ipō sill'o negatiō q̄ ad ꝓ
sillogizatōm ei⁹ efficacioꝛ est affimatiā q̄
negatiā. ⁊ s̅bdit q̄ rō aut̄ mod⁹ est ⁊ ī aliis
sill'is. nā q̄cūqȝ sillm̄ ī negatiū si uolum⁹
ipm̄ ꝓsillo̅e nō accipiem⁹ n̄ vnā p̄missaꝝ
negatiam ⁊ tres p̄missas affimatiās rō
s̅bd̅ q̄ sp̄ .n. me̅ q̄ de pdicatioꝛ t̄mioꝛ ī ut'ȝ
oꝫ ē̅ē pdicatū .i. affimatiū .q. d. q̄ oꝫ acci
pe me̅ q̄ ī ut'ꝗ p̄missaꝝ s̅uat̄ affimatiue ⁊
s̅bdit q̄ ꝓuatiā aut̄ cū sint t̄mī .i. ad ꝓsil
lo̅m ꝓpo̅m habente̅ t̄minos ꝯiūctos. nega
tiue alt'ū t̄minoꝛ nec̅c̅e est ē̅ē ꝓuatiū. ⁊ al
t'ū sup̅ affimatiū. ita q̄ me̅ cū vno t̄mino
faciet p̄missam negatiam ⁊ cū a' affima
tiuā q̄re ī h' sup̅ ꝓsillogizatōe q̄m ꝓsillo
gizat̄ tam maioꝛ q̄ mīoꝛ sill'i negati. vna
ꝓpō. i. vna p̄missa erit h' īt' ē̅ē negatiā.
alie u'o p̄misse pdicatiue .i. affimatiue sup̅
erūt Cdem cū d̄r. Si g' nocī⁹. q̄clusis q̄
dicat ꝯcludit ꝯclo̅m ī t̄ntā. slam sill'ȝ ne
gati ꝓsillogizat̄ ꝑ multas ꝓpo̅es affimatiās
Sȝ sill's affimatiū nō ꝓsillo̅r ꝑ aliq̄s nega
tiuas. credibilioꝛ g' ⁊ notioꝛ ⁊ nobilioꝛ et
efficacioꝛ est affimatiā q̄ negatiā rō ait 9
Si g' noci⁹ ⁊ credibili⁹ est ꝑ q̄ demr̄atur
demr̄at̄ aut̄ ꝓuatiā ꝑ pdicatiuā pdica
tiuā aut̄ ꝑ illā .i. ꝑ negatiuā nō demr̄at̄
pᵒoꝛ g' ⁊ notioꝛ ⁊ credibilioꝛ ē̅ē ut'ꝗ pdicatiuā
q̄ negatiā cū sit melioꝛ s̄ui dig̅oꝛ .i. effica
cioꝛ. Cad aut̄ q̄ cū d̄r q̄ ꝓuatiā demr̄a
t̄ ꝑ pdicatiuā p̄t referri ul' ad ꝓpōm ul'
ad demr̄atōm. ipā .n. demr̄atō negatiua

sive ipse syllogismus negativus sive dicatur demonstrari sive prosyllogizari premisse eius oportet quod accipiat multas propositiones affirmativas. Sed syllogismus affirmativus in prosyllogizatione sua non accipiet aliquam negativam vel propter quod demum est referri ad ipsas propositiones. Similiter syllogismus negativus accipit inter duas premissas unam affirmativam, aliam negativam. Affirmativa autem non demonstrabitur sive non prosyllogizatur per aliquam negativam, sed negativa demonstrabitur et syllogizabitur per affirmativam. Potior ergo et efficacior est affirmativa.

Deinde cum dicit Amplius si principium adducit quintam rationem dicens: amplius si principium syllogismi est propositio universalis et immediata et est aut in demonstrativa affirmativa in privativa autem negativa, quod dico quod si principium demonstrationis demonstrative, id est affirmative, est principium propositio universalis affirmativa immediata, in privativa autem demonstratione est similiter principium propositio negativa, et ergo sic est et talis propositio affirmativa est prior negativa, id est quam negativa, et notior. Notior quidem est affirmativa quia negativa nota est per affirmativam, et prior est affirmativa quam negativa sicut prius est esse quam non esse. Ergo et potior est principium demonstrationis, id est affirmative demonstrationis, quam privative. Dignioribus autem principiis utens dignior, quod dico quod que utitur dignioribus principiis est dignior, et quia huiusmodi est affirmativa, ideo ipsa dignior.

Dubitaretur forte aliquis quia videtur hec ratio eadem esse cum precedentibus, videlicet quod negativa est minus nota quam affirmativa quia probatur per affirmativam. Hoc enim dicebant rationes superiores. Dicendum quod ista prioritas vel potest accipi secundum ordinem syllogismorum vel secundum apprehensionem intellectus. Utroque autem modo affirmativa precedit negativam et est notior ipsa, similiter sicut in non facere et in alio facere et in negativa dicto, id est affirmatio, ut dicit in elenchis. Non enim possumus intelligere obliquum nisi per rectum nec negationem nisi per affirmationem. Est ergo intentio philosophi quod secundum apprehensionem intellectus nostri universalis affirmativa immediata que est principium demonstrationis affirmative est prior et notior quam propositio immediata negativa que est principium demonstrationis negative, et quantum ad hoc vadit hec ratio quinta. Rursus si illa nostra apprehensio expliceretur per syllogismum apparebit quod negativa probabitur per affirmativam, non econverso. Ergo affirmativa prior et notior, et quantum ad hoc vadit quod superius dicebamus. Quomodo autem rationes antedicte differant iam est per ista declaratum.

Volet forte dubitari aliquis quid esse sit prius quam non esse. Dicendum quod iuxta regulam philosophi datam in nono de actu et potentia possumus sic dicere de esse et de non esse. Similiter in eodem generabili et corruptibili potentia precedit actum, ut prius fuit Sortes in potentia quam esset in actu, simpliciter tamen actus precedit potentiam. Similiter cum de potentia non reducatur in actum nisi per actum, sed si actus non precederet simpliciter potentiam, etiam possent esse sine actu esse, quod est absurdum dicere. Sic dicemus de esse et de non esse. Similiter in eodem generabili et corruptibili non esse precedit esse, simpliciter tamen esse precedit non esse.

Deinde cum dicit Adhuc prior adducit sextam et ultimam rationem dicens: adhuc prior est simpliciter affirmativa quam negativa, quod patet. Similiter sine ea demonstrativa, id est sit affirmativa, non est privativa, sed econverso. Dependet ergo privativa ab affirmativa, non econverso. Est ergo affirmativa prior et per consequens potior.

Dubitaretur forte aliquis quia videtur quod hec ratio sexta sit eadem cum ratione tertia. Similiter in tertia ratione dicebatur quod syllogismus privativus accipit propositionem affirmativam, et hic dicitur quod non est privativa sine affirmativa; idem ergo dicitur hic et ibi. Dicendum quod aliud est esse efficacius et aliud est esse principalius. Similiter efficacius est quod plus agit, principalius autem est sine quo aliud non agit. Et ideo licet propositio affirmativa non plus faciat quam negativa, et sine ea non faciat negativa, ergo si aliquando sint eadem verba in hac ratione sexta et tertia, non tamen sunt propter idem inducta. Similiter tertia ratio magis innititur huic excellentie quod affirmativa plus facit et est efficacior et eius actio ad plura se extendit. Hec autem ultima ratio magis innititur huic excellentie quod affirmativa est prior, quia sine ea negativa non potest facere.

Quod quidem cathegorica etc. Postquam philosophus probavit quod demonstratio universalis sit potior particulari et quod affirmativa sit potior negativa, in parte ista ut dicebatur declarat quod ostensiva sit potior ducente ad impossibile. Demonstratio autem ostensiva duplex est: quedam affirmativa, quedam negativa. Ideo duo facit, quia primo ostendit quod demonstratio ostensiva negativa sit potior ducente ad impossibile; secundo ex hoc concludit quod ipsa affirmativa sit potior ducente ad impossibile. Similiter si affirmativa ostensiva potior est negativa ostensiva, negativa autem ostensiva est potior ducente ad impossibile, manifestum est quod et ipsa affirmativa sit potior ducente ad impossibile. Secunda ibi circa finem lectionis: Quare hac eadem. Circa primum tamen facit quia primo proponit quod intendit; secundo premittit quedam necessaria ad propositum; tertio ex hiis que dixit concludit intentum. Secunda ibi: Sit autem scire; tertia ibi: Si ergo cognitior. Dicit ergo quod cum de cathegorica privativa, id est demonstratio ostensiva privativa, sit dignior ducente ad impossibile

minus est supra in textu. ¶ Aliter autem quidam exponunt sic hunc textum, ut hic intendat philosophus probare quod demonstratio affirmativa ostensiva sit dignior ducente ad impossibile. Unde sic exponunt litteram: quod quidem quoniam demonstratio cathegorica, id est affirmativa, sit dignior privativa, quod dictum est, quod cum ita sit quod demonstratio cathegorica, id est affirmativa, sit dignior privativa, ex hoc manifestum est ad impossibile ducente supra quod sit dignior affirmativa. Sed contra in fine lectionis huius idem dicitur, unde videtur esse quedam inutilis repeticio, ideo iste textus sequens magis convenit exponi prime. ¶ Aliter est quod littera quam exponit Averroys commentator plano dicitur quod hec littera videlicet cathegorica privativa debeat exponi ostensiva privativa, non [illegible] nos habemus cathegorica privativa. Littera quam exponit Averroys habet sillogismus rectus negativus. Constat autem quod demonstratio recta est demonstratio ostensiva, ad impossibile autem non est demonstratio recta sed curva et reflexa, secundum quod in omni tali demonstratione ex opposito conclusionis fit reflexio ad ostendendum oppositum alicuius premissarum. Quod si dicatur quod nostra translacio habet cathegorica et alia translacio habet affirmativa, dicendum quod hoc fuit culpa translatoris, secundum quod philosophus demonstrationem [illegible] alium appellat cathegoricam sive ostensivam affirmativam, alium ostensivam translator [illegible] debebat transferre ostensivam, transtulit cathegoricam.

¶ Dubitaret forte aliquis utrum sit vera hec conclusio que ponitur circa finem lectionis vel secundum quosdam posita est nunc, videlicet quod si demonstratio affirmativa sit pocior negativa, quod sit pocior ducente ad impossibile. ¶ Dicendum quod hec conclusio vera est. Dicitur primo evidenter quod omnis demonstratio ad impossibile aliquo modo est demonstratio negativa vel ipsam propositionem vel ipsam concessam ab adversario assumendo. Ut si vellem probare quod nullum b est a demonstratione ducente ad impossibile, utar propositione negativa ipsam propositionem. Si vero vellem probare per talem demonstrationem conclusionem [illegible] propositionis assumpte, videlicet omne b est a, utar propositione negativa data ab adversario, videlicet nullum b est a. Demonstratio ergo ad impossibile nunquam est omnino immunis a negatione. Si ergo affirmativa demonstratio est pocior negativa et ducens ad impossibile non est omnino immunis a negatione, consequens est quod affirmativa sit pocior sic ducente. ¶ Secundo hoc idem patet ex dictis probabiliter in lectione presenti, quod demonstratio ostensiva privativa sit pocior ducente. Si ergo ex dictis affirmativa est pocior negativa et ex dictis negativa est pocior ducente, consequens quod affirmativa sit pocior ducente, quia quod est pocius vel dignius digniori est dignius minus digno.

¶ Deinde cum dicitur: oportet scire autem, premittit quedam necessaria ad propositum. Et circa hoc duo facit: primo facit quod dictum est; secundo [illegible] ea que dixit, movet quandam cavillationem et solvit ibi: non enim si quod. Circa primum quatuor facit, secundum quod quatuor necessaria ad propositum premittit. Sed primo declarat quomodo habeat se demonstratio ostensiva negativa. Secundo quomodo habeat se ducens ad impossibile, [illegible] dat differentiam inter utramque demonstrationem. Tertio ex differentia data ostendit demonstrationem ostensivam procedere ex prioribus et notioribus. Secundo ibi: Que vero ad impossibile. Tertio ibi: Continuum quidem igitur. Quarto ibi: Quoniam autem prior. Dicit ergo: oportet autem scire que sit differentia ipsarum, quod dictum est quod prius proposuit hanc veritatem, videlicet quod demonstratio cathegorica, id est ostensiva privativa, sit dignior ducente, quod ut appareat oportet [illegible] que sit differentia ipsarum, id est privativam ostensivam et ducentem ad impossibile. Et primo describit qualiter habeat se ostensiva privativa dicens: si igitur a in nullo b, hoc est maior, scilicet nullum b est a, in c autem omni b, hoc est minor, omne c est b, necesse est in nullo c esse a, hoc est conclusio nullum c est a. Et subdit quod sic quidem igitur acceptis supra premissis erit demonstratio privativa et demonstrativa, id est ostensiva, quoniam a in c non erit, quod dictum est quod hic modus ordinando sillogismum concludit per demonstrationem ostensivam negativam nullum c est a.

¶ Deinde cum dicitur: Que vero ad impossibile, ostendit quomodo habeat se demonstratio ad impossibile dicens: Que vero ad impossibile, sic scilicet ut si oportet demonstrare sive probare per demonstrationem sive ad impossibile quod a in b non sit, accipiendum est affirmativam a in b esse, ista est maior omne b est a, et b in c, ista est minor omne c est b, contingit a in c esse. Hoc autem sit notum et concessum quod impossibile est esse, scilicet [illegible] demonstratio ad impossibile concludit conclusionem manifeste falsam, ex conclusione manifeste falsa probatur oppositum premisse esse verum. Ut puta si manifestum sit quod albedo non sit nigredo, quod non sit color congregativus. Si vellem probare quod albedo non sit color congregativus vel econverso quod color congregativus non sit albedo, quereretur ab adversario utrum b sit a vel non, id est color congregativus sit albedo vel non. Quod si concederet, habebitur intentum; quod si negaret, dedit dictum oppositum, accipietur ergo opposita, videlicet color congregativus est albedo; accipietur ergo aliud, scilicet c, id est nigredo, et arguetur sic: omne b est a, id est omnis color congregativus est albedo; omne c est b, id est omnis nigredo est color congregativus; ergo omne c est a, id est omnis nigredo est albedo. Hoc autem est falsum et impossibile. Ergo et contrarium [illegible] videlicet quod b sit a, id est color congregativus sit albedo. ¶ Dubitaret forte aliquis utrum semper sillogismus ad impossibile debeat habere con[clusionem]

manifeste falsam. Secundo quod sic non concedenda unum
ostendit declarare et ad verum probat quod premisse re-
bent esse vere et conclusione sic si aliquis concedat falsam
ostendit quod impugnetur ducendo ipsum ad aliud falsius
et est in demonstratione ad impossibile. Sed ex falsitate omnis
probatur esse falsitas talium premissarum ostendit sicut in omni ta-
li demonstratione quia non sit falsior quam premissa. Unde dicit
in textu quod a esse in c i. quod conclusio sit notum ve-
rum esse impossibile. Deinde cum dicit etenim eandem dat
differentiam et convenientiam utriusque demonstrationis
dicens quod etenim eadem quasi sillogismus ordinatur i. demonstra-
tio ostensiva et ad impossibile in hiis conveniunt quia utraque est
ex terminis ordinatis sicut i. ordinatur debite per modum
et figuram sillogismi et subdit quod differunt autem in eo quod alius
sit notior propositio apud utrumque scilicet que a b non inest
i. universalis maior negativa aut non est a in c i. quod
quasi dicit quod in hiis differt sillogismus ostensivus a sillogismo ad
impossibile quia in uno accipitur notior quod a non sit in b
i. premissa in alio accipitur quod a non sit in c i. conclusio. Unde aut-
em quasi conclusio notior est cum non est sit demonstratio que
est ad impossibile cum autem in illo sit propositio notior i. cum
sit notior premissa que est in illo demonstratio i.
ostensiva est scilicet demonstratio. Illud autem quod ut pa-
tet per exemplum propositum ut puta si magis sit
notum quod nigredo non sit albedo quam quod color
congregativus non sit albedo et si quis vellet probare quod
color congregativus non sit albedo possit hoc probare
ostensive et ad impossibile. Sed probando ostensive accipit
premissam notiorem in veritate probando ad impossibile
concludit conclusionem notiorem in falsitate arguetur
enim ostensive sic nullum b est a i. nulla nigre-
do est albedo omne c est b i. omnis color congregativus
est nigredo ergo nullum c est a i. nullus color
congregativus est albedo. Sed quod ex precedentibus ex notioribus
quia ut supponebatur notius est b non esse a i. ni-
gredinem non esse albedinem quam c non esse a i. colo-
rem congregativum non esse albedinem. Demonstratio autem
ad impossibile esset talis si est c in b non esse a i. ex quo
probaretur b non esse i. premissam. Et ergo ad premis-
sas precedit demonstratio ad impossibile ex minus notis.
In demonstratione enim ad impossibile est aliqua premissarum
minus nota in falsitate et opposita eius minus nota in
veritate quod autem se habet eodem. Deinde cum dicit non quia
ex dicta data ostendit demonstrationem ostensivam esse ex pri-
oribus et notioribus falsam si demonstratio ostensiva
accipit notiorem premissam ad impossibile concludit
notiorem conclusionem. Ostensiva est ex notioribus non autem il-
la que est ad impossibile et quasi sit quod ostensiva teneat

ordinem naturalem. Est enim naturale quod premisse sint no-
tiores conclusione. Ad impossibile autem tenet contrarium ordinem
contra naturam. Unde autem quod non autem prior eadem est quod
a in b non sit quam a in c non esse quia d quod naturalis pre-
missa debet esse notior conclusione et hic facio demonstra-
tio ostensiva quia scilicet accipit a non esse in b i. premi-
ssam notiorem quam a non esse in c i. quam conclusionem
unde subdit quod prior autem et notior sunt conclusione
ex quibus est conclusio simpliciter ostensiva et subdit quod est
autem que est a quam de c non esse conclusio a autem
in b scilicet non esse ex quibus est conclusio i. ex premissa. Unde
ergo est supplenda unde quod cum ostendit sit simpliciter quod de-
monstratio ostensiva negativa accipit b non esse
a notius quam c non esse a patet quod talis demonstratio
notiores premissas accipit et est ex notioribus.
Deinde cum dicit non enim removet esse predicta
quandam cavillationem. Esset quod d. f. et post hanc
cavillationem secundo eam removit ibi sed hoc quidem.
Possit enim quis cavillare esse predicta d. quod cum in
demonstratione ad impossibile ex falsitate conclusionis arguitur
falsitas alicuius premissarum vel ex non esse conclusionis ar-
guatur non esse premissam quod talis demonstratio pro-
cedit ex prioribus et notioribus falsam. Sed in sillogismo
in regressu dicet ad verum ipsum non esse conclusionem
scilicet sit premissa et ipsa interemptio premisse
scilicet sit conclusio et quod ut dictum est in tali sillogismo in-
teremptio conclusionis est notior quam interemptio premi-
sse unde in ipso regressu premissa est notior hanc
ergo cavillationem removens ait quod non enim si quod
ad removendum i. interimi ut habet alia translatio secundum quam
que interimitur scilicet est conclusio illa autem sit simpliciter pre-
misse ex quibus simpliciter est talis interemptio. Unde
ergo est supplenda unde quod cum ex interemptione conclusio-
nis interimatur premissa interemptio conclusionis se habe-
bit sicut premissa in hiis ergo stat tota cavillatio et
quia ex interemptione conclusionis arguatur interemptio pre-
misse videtur ergo quod possumus dicere quod interemptio
premisse sit conclusio et interemptio conclusionis sit premi-
ssa et videtur ex hoc et quod possumus ulterius arguere quod
demonstratio ad impossibile accipiat notiores premissas.
Deinde cum dicit sed hoc quidem removit hanc
cavillationem d. Sed hoc quidem simpliciter est id ex
quo est sillogismus quod utrumque sic se habet quam autem totum
ad partem autem se habet sicut patet ad totum sed que sunt
a c et a b propositiones i. quam et premissa sunt interemptio
conclusionis et interemptio premisse non autem sic se habent
ad invicem. Supplendum est ergo hic dictum quod quamvis in
regressu cum ex interemptione conclusionis interimitur premi-

ssa non resultat forma sillogistica ideo non possumus dicere aliqua quod demonstratio ad impossibile sit sillogismus ex notioribus.

Dubitaretur forte aliquis quomodo prima extremitas est sillogismus se habet sicut pars ad totum aut sicut totum ad partem.

Ad quod dicendum quod prima extremitas est sillogismus, quoniam ipse est medius terminus. medius autem terminus se habet ad extremitates vel sicut pars ad totum vel sicut totum ad partem. Nam in secunda medius quia utrumque comparatione sic se habet sicut totum ad partem quia utrumque predicatur. in tertia autem utrumque supponitur se habet sicut pars ad totum quia utrumque subicitur. in prima vero medius terminus se habet in maiori sicut pars ad totum quia ibi subicitur. in minori autem sicut totum ad partem quia ibi predicatur. est ergo intentio philosophi dicere quod prima extremitas est sillogismus idest extremitas in terminis ad sillogismum oportet quod se habeat sicut totum ad partem vel sicut pars ad partem totum idest oportet quod sit ordinatum debite secundum modum et figuram sillogismi. hii autem termini non se habent a c et a b idest conclusio et premissa in demonstratione ad impossibile cum enim in tali demonstratione ex interemptione a c idest conclusionis regredimur ad interimendum a b idest premissam in tali cum regressu non resultat illa proportio eorum ad partem vel extremitas idest non resultat ibi debitus ordo sillogisticus. sic enim regredi non est sillogizare. et quia non resultat ibi debitus ordo sillogisticus non possumus dicere quod in tali regressu ipsa conclusio vel interemptio eius sic se habeat sicut premissa et ideo quod interimitur se habeat sicut conclusio. nec possumus ulterius aliquid dicere quod talis demonstratio propter hunc regressum procedat ex prioribus vel ex notioribus.

Deinde cum dicit ergo si ex notioribus. postquam philosophus declaravit quomodo se habet demonstratio ostensiva privativa et quomodo se habet demonstratio ad impossibile et dedit differentiam inter utramque demonstrationem et ex differentia data ostendit per [illegible] in demonstratione ostensiva esse meliorem et esse ex prioribus et ex notioribus in parte illa ex omnibus hiis declaratis infert conclusionem intentam videlicet quod demonstratio ostensiva privativa sit potior quia procedit ex notioribus et prioribus quam ducens ad impossibile que procedit ex posterioribus. ideo autem si ergo ex notioribus et credibilioribus dignior est secundum demonstrationes sunt aut utraque demonstrationes credibiliores ex non esse idest utraque demonstratio tam ostensiva privativa quam ducens ad impossibile faciat idem per non esse alicuius tamen alia et alia ideo scilicet quod hec quidem scilicet ostensiva privativa ex priori idest faciat fidem ex non esse priori idest ex premissa negativa priori. illa vero que est ad impossibile ex posteriori idest faciat fidem et est credibilis ex non esse posteriori idest ex interemptione conclusionis et cetera. sic est utraque privativa demonstratio scilicet ostensiva eius simpliciter potior erit idest quam illa que est ad impossibile.

Dubitaretur forte aliquis quia videtur quod utraque demonstratio tam ostensiva negativa quam ducens ad impossibile fit ex non esse priori. nam ostensiva est ex non esse priori quia ibi premissa negativa ex qua infertur conclusio negativa est notior et per consequens dignior et prior conclusione. et de tali prioritate hic loquimur sicut patet. et in demonstratione ad impossibile credibilitas est ex non esse priori non ex non esse posteriori ut dicit auctor in littera. nam credibilitas in tali demonstratione est ex non esse conclusionis sed constat in tali demonstratione non esse conclusionis est notius et si est notius est prius. ergo credibilitas ibi est ex non esse priori.

Ad quod dicendum est quod ad presens spectat videlicet secundum veritatem et secundum ordinem sillogisticum. secundum veritatem enim si bona sit demonstratio ad impossibile semper ex priori non esse probatur non esse posterius ut ex non esse conclusionis quod debet esse magis notum et prius cognitione probatur non esse alicuius premissarum quod debet esse minus notum et posterius cognitione. sed licet demonstratio ad impossibile procedat hoc modo ex priori non esse tamen secundum ordinem sillogisticum procedit ex posteriori quia ex non esse conclusionis que secundum ordinem sillogisticum est posterior probat aliquam premissarum non esse que secundum talem ordinem est prior. et ideo hec deficit a demonstratione ostensiva quia procedit secundum ordinem sillogisticum nec tenet ordinem naturalem. non enim sillogismus hoc requirit quod premisse sint notiores quam conclusio.

Ulterius forte dubitaret aliquis quia videtur hic esse falsum quod utraque videlicet tam demonstratio privativa ostensiva quam ducens ad impossibile quelibet sit credibilis ex non esse. de negativa enim ostensiva verum est quia non esse quod accipitur in premissis idest ex negatione alicuius premissarum fit fides quod non sit conclusio vel fit fides de conclusione negativa. sed in ducente ad impossibile non semper est sic quia non semper fit fides ex negativa immo aliquando fit fides ex affirmativa. nam sicut contingit per impossibile probari negativam universalem concludendo affirmativam falsam et tunc ex non esse fit fides quod oppositum conclusionis est non esse. sed si debeat probari affirmativa universalis per impossibile oportet quod concludatur negativa falsa. tunc ergo non fiet fides ex negatione sed ex affirmatione. nam in sillogismo ad impossibile semper fit fides ex opposito conclusionis. oppositum autem conclusionis negative est affirmatio. fiet ergo tunc fides ex affirmatione et ex esse non ex non esse.

Ad quod dicendum quod sillogismus ad impossibile semper faciat fidem ex non esse quia semper faciat fidem interimendo conclusionem. interimere autem conclusionem est conclusionem non esse. isto tamen non esse aliquando equipollet affirmationi. quia si conclusio sit negativa faciet fidem ex non esse conclusionem quod equipollebit affirmationi quia non esse negationem est esse affirmationem. patet ergo quod

demonstratio ad impossibile sic facit fidem quod non esse vel possumus aliter solvere quod, ut dicit philosophus, quod consequentia sit potior ducente ad impossibile non fundatur sic esse, sed fundatur sic, quia consequentia accipit premissas priores et notiores, ad impossibile autem accipit conclusionem notiorem in tali, in sillogismo scilicet, in conclusione dicitur esse notior in falsitate et oppositum eius, ex quo probatur oppositum alicuius ex premissis dicitur esse notius in veritate. Sed autem dicitur esse eodem in omni demonstratione ad impossibile. Patet quod omnis demonstratio ad impossibile habet quendam defectum, quia ibi est processus quodammodo contra naturam sillogismi demonstrativi, cuius natura est accipere premissas notiores. Ex quo philosophus arguit quod utraque demonstratio consequentia privativa quam ducens ad impossibile sit credibilior et faciunt esse non esse praeter hoc quod, ut patuit, similiter demonstratio ducens ad impossibile est communis a negativa et per numerum quod est communis a negativa demonstratione dicitur sic facere fidem quod non esse. Deinde cum dicit: Quare hac quidem demonstratione, quia probatum est quod negativa consequentia est potior ea que est ad impossibile, ideo ex hoc, ut dicebatur, concludit quod affirmativa sit potior, ideo autem quare predicativa, id est affirmativa, hac, id est negativa, dignior quidem simpliciter est, et quia sic est manifestum est quod predicativa cum sit dignior quam negativa que est et potior, quod est et potior, id est dignior ea, id est quam illa que est ad impossibile dignius, non dignior, ut supra dicebatur, est dignius minus digno.

Lco 42

Sciencia autem certior est etc. In toto autem isto libro prior tradiderat quomodo contingat scire per demonstrationem, unde omnia que dicuntur tam in primo quam in secundo ad hec referenda sunt. Sicut autem totus iste primus liber dividebatur in partes duas, quia in prima agebatur de demonstratione secundum se, in secunda vero de demonstratione prout una demonstratio comparatur ad aliam, et sicut duo possumus loqui de demonstratione sic duo possumus loqui de ipso scire, quia de ipso scire possumus loqui simpliciter prout accipitur simpliciter, videlicet quod scire est causam cognoscere et quoniam illius est causa et quod non contingit aliter se habere, et sic loqui vel sic considerare de scire pertinet ad primam partem huius primi libri ubi agitur de demonstratione secundum se. Secundo modo possumus loqui de scire comparative, videlicet prout unum scire comparatur ad aliud scire vel prout ultimo scire comparatur ad opinari et ad alios habitus cognitivos. Sic ergo possumus hanc partem ad precedentem continuare, videlicet quod postquam philosophus determinavit de scire simpliciter et de demonstratione secundum se et determinavit de demonstratione comparative comparando unam demonstrationem ad aliam, in parte ista determinat de scire comparative comparando unum scire ad aliud scire et comparando scire ad opinari et ad alios habitus cognitivos. Duo ergo facit quia primo comparat unum scire ad aliud scire. Secundo comparat scire ad opinari et ad alios habitus ibi: Scibile autem et scientia differt ab opinabili etc. Prima in duo facit quia primo comparat scire ad scire ostendens quod scientia sit certior et que minus certa. Secundo comparat ipsum scire sive ipsam scientiam ad suum subiectum et ad sua principia ad que habet diversitatem et unitatem, ibi: Una autem scientia est etc. Primum ita facit: sicut quod, tamen contra unam scientiam alteram esse certiorem, secunda ibi: et que non est de subiecto, tertia ibi: et que est ex minoribus. Dicit ergo quod scientia autem est certior et prior que est eadem ipsius quia et propter quid, sed non ipsius quia extra eam que est propter quid, quasi diceret quod scientia illa que simul una et eadem existens considerat quia et propter quid est prior et certior, sed non est prior et certior illa que est ipsius quia extra et separatim a propter quid.

In unione autem causarum et effectuum multa sunt per accidens
sicut hoc lapidem descendere sit per se et hominem ire
ad forum sit per se cum ista duo simul coniungi quod homo
vadat ad forum quando lapis descendit et quod lapis
descendens frangat caput hominis euntis ad forum
est per accidens. fractio ergo capitis est effectus qui consequitur ex
coniunctione duorum effectuum vel duarum causarum sicut quod iste
vadat ad forum simul sit cum descensu lapidis.
est per accidens Similiter in quod recipere argentum tunc fit
causa quod homo vadat ad forum quando gravitans vel forma gravitatis
vis est causa quod lapis descendat ista coniunctio est
per accidens et quia eorum que sunt per accidens non est scientia
id nec talium in particularia est scientia. Ex ergo dicit
quod de ipsa fortuna est scientia ergo et de fortu
itis dicendum quod de ipsis fortuitis ut sunt for
tuita vel de ipsa fortuna ut est per accidens non
est scientia. sed ut in talibus reperitur aliquid per se potest de
eis esse scientia sicut fortuna per se et de se est
per accidens sicut accidit ergo fortune esse causam per
accidens et fortuita ut fortuita per se reseruntur
in causam per accidens Determinare ergo sic de for
tuna quod est causa in hiis que sunt raro et que sunt
per accidens et determinare de fortuitis ut re
feruntur in causam per accidens et ut sunt raro est de
terminare de talibus ut in eis reperitur aliquid per se
sed quod modo talia cadere sub scientia non negat philosophus //
Ulterius forte dubitaret aliquis quod videtur hoc esse falsum quod
scientia sit eorum que sunt frequenter sicut secundum Boetium in
arismetica scientia est eorum que immutabilem
sortiuntur naturam non ergo erit scientia nisi necessariorum //
Ad hoc dicendum quod philosophus dicit esse principium huius ubi quod scire simpliciter non semper
est quod est per accidens est causam cognoscere et causam il
lius est causa et quod impossibile est aliter se habere non ergo erit
scientia nisi necessariorum et immutabilium scientia agentiam per de
monstrationem per quam agentem scire simpliciter. Ad
quod causa aliquando potest impediri ut in naturalibus et causa

facit effectum ut

facit effectum non frequenter, ut frequenter, id est quod ex
semine olive generatur oliva, potest tamen contingere ex
corrumpente aliquo esse semen vel ex aliquo alio causam
impediente quod ex semine olive non generatur oliva.
In talibus ergo ex posterioribus possumus arguere ex
necessitate quantum ad esse, ut secundum naturalem cursum si oliva
est ergo semen fuit, sed ex prioribus et quantum ad causam
non possumus arguere quantum ad esse sed solum quantum ad ap-
titudinem possumus enim arguere quod talis causa sit
apta nata si impediatur facere talem effectum. Propter quod
patet quod in hiis que sunt frequenter possumus facere de-
monstrationem propter quid, invenitur in eis necessitas vel a poste-
riori secundum esse vel a priori secundum aptitudinem. Quod si dica-
tur quod in de fortuitis est hic modus sciendi, dicendum quod in
fortuitis reperitur necessitas per accidens. In fortuitis
ergo est per se accidens et est per accidens per se et ideo
de talibus non dicitur esse scientia. In hiis autem que sunt
per se est necessitas per se. Sed autem non sit ibi necessi-
tas, hoc est per accidens id est aliquo impedimento ipsam,
id est quantum est de se necessaria sunt nisi impediantur,
ideo de talibus dicitur esse scientia, et non de fortuitis. Re-
sumamus ergo quod a principio diximus et dicamus quod semper per
causam per se est scientia sed aliqua causa per se potest impediri
ut in naturalibus, et ideo de talibus dicitur esse scientia quan-
tum ad ea que sunt frequenter. Alia autem causa per se
non potest impediri ut in mathematicis, et tunc dicitur esse
scientia quantum ad ea que sunt semper. Vel possu-
mus dicere et clarius quod aliud est habere scientiam de rebus
factis, aliud de modo fiendi de ipso, id est modo fiendi
quod aliqua fiunt per se, aliqua per accidens fiunt. Possu-
mus habere scientiam tam de fortuitis quam de non
fortuitis, scimus enim aliqua evenire per accidens et
non a casu et a fortuna quia scimus esse per accidens a-
liquem cursum cause naturaliter per accidens est quod ista co-
curritando quod descendit lapis quando iste vadit
ad forum causa recipiendi argentum ex quo descen-
su frangitur caput, docendo id est hoc damus scientiam
de modo fiendi rerum. Sed de ipsa re facta extra opinatio
concursu cause ut de ipsa fractione capitis euntis
ad forum per descensum lapidis possumus habere sen-
sum quod possumus per sensum percipere sic esse sed non
scientiam quia infinitis aliis modis posset hoc contingere
quod frangeretur forte caput per descensum lapidis quod
eundo ad forum de quibus omnibus ergo habemus scientiam quoniam
quod illa sed quod hic non contingat aliter se habere. Sed hoc
quantum ad ipsas res factas vel quantum ad ipsas res causatas
possumus habere de hiis que sunt semper et de hiis
que sunt frequenter quia contingit talia habere causam per se de

hiis ergo que sunt frequenter quantum ad ipsas res causatas
non solum quantum ad modum causandi ut quod ex semine oli-
ve generatur oliva possumus habere scientiam propter quid
considerare talia taliter quod non contingit aliter se habere. Sed de
ipsis rebus fortuitis quia hec non habent causam
per se non est de eis per se scientia quantum ad ipsas res factas
vel quantum ad ipsas res causatas ut potest esse probatum modo.
Volet forte dubitare aliquis. Ex verbo quod demonstratio
philosophi non concludat aut id est plus quod sit ex propositionibus necessa-
riis sequitur conclusio necessaria ex hiis que sunt frequenter et ex
hiis vult habere quod cum demonstratio non arguit nisi in
causis necessariis vel in frequentibus quod conclusiones ad scientiam
pertinentes vel erunt necessarie vel frequentes. Ergo videtur vel-
le quod ex ordine sillogismi sequitur ista se concomitentur vide-
licet necessitas conclusionis et premissarum, sed hoc est falsum quia
sicut ex falsis potest sequi verum, ita ex non necessariis conclusio
necessaria. Dicendum quod si bene consideretur demonstratio philosophi necessi-
tatem hec quod dicitur falsum ex necessitate conclusionis non arguit
necessitatem premissarum nec ex frequentia conclusionis arguit fre-
quentiam premissarum sed econverso ex necessitate et frequentia pre-
missarum arguit necessitatem et frequentiam conclusionis falsum licet
non valeat. Si conclusio est ergo premisse sunt quia non va-
let consequens est ergo antecedens est. Tamen oppositum valet si
premisse sunt ergo conclusio est quia si antecedens est et consequens
est. Et si valet si premisse sunt ergo conclusio est valet per se
loco quod quales sunt premisse talis est conclusio. Si ergo pre-
misse sunt necessarie conclusio erit necessaria et si frequentes conclusio
frequens et quod demonstrator non arguit nisi in causis per se
que vel sunt necessarie vel frequentes conclusio demonstrationis
numquam erit fortuita sed vel erit necessaria vel frequenter.
Neque autem dicit neque per sensum est quod non contingit scire
per sensum vel quod idem est quod de sensibilibus particularibus
non est scientia. Ostendit quod d. f. quia prius fecit quod demonstratio est de
eternis hic removet errorem quorundam dicentium quod senti-
re aliquid est scire ipsum ibi sed tamen est. Et primo d. f. quia primo ostendit
quod universale non cadit sub sensu sed particulare. Secundo ex hoc
concludit quod cum scientia sit universalis quod per se non contingit scire per
sensum ibi: quoniam ergo demonstrationes. Dicit ergo neque per sensum
est id est contingit scire quod declarat dicens si enim sensus est
talis quod est hoc id est si sensus est universalis et non huius alicuius id est
particularis sed tamen vel hoc tamen necesse est sentire hoc
aliquid id est particulare et ubi id est hic et nunc. Quasi dicat quod licet sensus
sit universalis tamen sentire est particularis vel contingit senti-
re tantum particulare quod hic et nunc et subdit quod universale
autem in omnibus est super et impossibile est sentire super universale
non enim super universale est hic nec nunc non utique esset
universale super si esset hic et nunc quia id est quod semper et ubique universale
esse dicimus. Ista autem quod hic habitum si enim sensus est

tale quod hic et nunc hic aliquid coloratum corpus sit sensus est par-
ticularis et non universalis sed non potest sentire talis corpus. Sed
violenter trahit litteram ut patet in littera manifeste. Dat
quidam differentiam inter sensum et sentire dicens quod sensus
est talis quod est huius sive universalis et non huius aliquid id est particu-
laris. sentire tamen non quia non est nisi ad particulare unum
in tempore, sed hoc idem hic dicitur non ubi quod sentire quidem
est singulare, sed sensus est universalis. ¶ Isto
modo deinde philosophus vult in hac conclusione quod quamvis sensus sit
universalis tamen quod non sentimus nisi particulare quod est hic et nunc
non universale quod est semper et ubique. sentire non est scire
et per consequens est scire per sensum. Quamvis autem hoc sit intellectus
quod sensus sit universalis sentire autem particularis in fine
sed hoc videlicet in quibusdam ultimis lectionibus dicetur. Unde hic
est specialis modus. Sufficit tamen philosopho quod actus sensitivi sive sen-
tire numquam terminetur ad universale. ad hoc quod per sensum non
sit scientia. et ad hoc quod sentire non sit scire. ¶ Du-
bitaret forte aliquis. quia videtur hoc falsum quod universale sit semper et ubique
quia si universale esset ubique tunc simul esset homo et oliva et
tunc omnia contraria essent simul. et in omni loco esset quaelibet species et
cuiuslibet contrarii. ¶ Praeterea videmus ad sensum falsum. Quia
in aliquibus partibus non sunt olive. ergo universale olive non est
ubique quia non potest esse tale universale nisi ubi est suum par-
ticulare. ¶ Dicendum quod hoc quod dicitur universale esse semper et ubique non
est intellectum affirmative quod tunc ubique esset oliva sed
intellectum est negative et per abstractionem ut dicatur universale
esse semper et ubique quia est abstractum ab omni loco et ab omni
tempore et ideo quantum est de se nullus ei repugnat locus
et nullum tempus. Possumus tamen aliter dicere non enim loquitur hic
philosophus de universali simpliciter sed de universali composito id est de universali
quod demonstratur. non enim loquitur de subiecto ut est aliquod universale in se
nec de passione ut est quoddam universale in se sed de subiecto
in comparatione ad passionem ut est universale sub ipsa ut
si demonstretur quod luna eclipsatur per interpositionem terre hec
demonstratio non est hic et nunc sed est ubique et semper est
enim hec demonstratio quod ubicumque id est in quacumque parte celi
eclipsatur luna eclipsatur per interpositionem terre et quando semper
eclipsatur eius eclipsatio per interpositionem terre talem. et quod
hoc velit philosophus hic quod sentire non sit scire. Planum
si essemus super lunam quando luna eclipsatur et videremus
quod terra se interponeret oporteret iudicare visum quod lu-
na tunc et in illa parte celi eclipsaretur per interpositionem
terre sed utrum in alia parte celi vel utrum in alio tempore po-
sset eclipsari aliter quam per interpositionem terre non posset iu-
dicare sensus. Homo ergo per sensum si videret quod luna
eclipsaretur hic et nunc ut si esset super lunam quando
eclipsatur cogitaret per intellectum utrum luna in alio tempore
vel in alia parte celi posset aliter eclipsari quam per in-
terpositionem. et quod concluderet quod non iudicaretur per intellectum
quod interpositio est universalis causa eclipsis et quod scire non est
nisi per universalem causam. et comparatur ad causam universalem est scientia sive
passionis universalis. Dico per relationem ad causam, quia non
absolute loquendo luna eclipsatur semper et ubique. sed eclip-
satur semper et ubique per relationem ad causam, quia ubicumque
quod sit luna dummodo ibi interponatur terra eclipsata
est, et semper quando interpositio eclipsatur. Sic autem concludere universale
non spectat ad sensum sed ad intellectum. Patet ergo quod declarat
universale locutus philosophus quod est semper et ubique. ¶ Deinde cum dicit
quando igitur. Ex hiis etiam concludit conclusionem intentam dicens
quando ergo demonstrationes sunt universales id est per universales causas universales
sunt universales quia sunt de subiectis comparatis per relationem ad
causam universalem sunt sub suis passionibus quod ergo demonstra-
tiones sunt per tales causas et de talibus subiectis. has autem
sic universales causas vel hanc universalem scientiam non est id est non contingit
sentire et quia sic est manifestum est quod neque est scire per
sensum. ¶ Isto autem quod etiam hic et nunc. si non esset causa
semper non esset causa perfecte sed particularis nec tempore terre nisi
esset universalis causa eclipsis non esset perfecte causa quia ergo tale
universale non percipit sensus non est scire per sensum.
¶ Deinde cum dicit sed manifestum removet errorem quorun-
dam dicentium quod idem est scire quod sentire propter
quod sciendum quod sentire non est ipsum scire attamen sicut dicitur
de primo scientie per quod per sensum devenimus in scientiam universalium
sensus est causa scientie. Ideo quando videmus aliquid per sen-
sum faciliter cogitamus causam et faciliter acquirimus
scientiam. ut si essemus super lunam et videremus quod terra se
interponit licet ipsum videre non esset ipsum scire quia non
videremus nisi hic et nunc attamen videndo quod
terra se interponit faciliter cogitaremus per intellectum
quod interpositio terre quam sensus videt particulariter est causa
eclipsis universalis. Sensus ergo est causa scientie et causa universalis. tamen
ergo facit philosophus quod postquam ostendit quod sentire non est scire
hic declarat quomodo est sensus causa scientie. Ratio quando est
universalis. Sed ibi. Sed ex consideratione. Tertia ibi. Sunt
tamen quedam. Circa primum dicit quod postquam predictum errorem
ponit hic assignat causam dicti. Tertio quod dixit de-
clarat in terminis sed ibi. sentire quidem enim. Circa primum dicit
unum et ille in luna. dicit ergo sed manifestum est quando et si esset id est si
contingeret sentire triangulum quod habet angulos equales
duobus rectis quereremus utique demonstrationem super declaratio
angulo et non sciremus id est propter hoc non haberemus scientiam
demonstrationis quod sentire non est idem quod scire sicut quidam
fatentur. ¶ Isti autem quidam posuisse quod intellectus
erat idem quod sensus propter quod oportebat eos fateri et
concedere quod sentire esset idem quod scire quod philosophus negat et
dicit esse falsum. ¶ Isto et quod si ad oculum videremus quod

angulus extrinsecus trianguli valet duos recti
nsecos sibi oppositos, propter quod videmus quod anguli tri
anguli valent duos rectos, non cognoscemus hoc
nisi particulariter; videmus enim ad sensum quod in hoc triangulo
sic est. Sed statim quereremus per intellectum utrum universaliter sic
esset. Et hoc est quod philosophus ait quod cum hoc videremus adhuc
quereremus demonstrationem, i. cum per sensum cognosceremus
nisi in hoc triangulo sic esse particulariter adhuc quereremus
demonstrationem, i. adhuc quereremus universalem et inquire
remus per intellectum utrum in omni triangulo sic se habeat universaliter.
Deinde cum dicit: sentire quidem necesse, assignat
causam dicti dicens quod sentire quidem necesse est
singularium, scientia autem est in cognoscendo universale. Et
d. bene deinde est quod sentire non est scire, quia sen
tire est singularium, scire autem est universalium. Et bene
deinde est quod si videremus triangulum habere duos rectos
adhuc quereremus demonstrationem. Nam sentire est
singularium, i. per sensum non habemus noti
tiam nisi de hoc triangulo particulariter, sed cum scientia sit
universalis adhuc quereremus demonstrationem et scientiam non ha
beremus hic notitiam de triangulo universaliter. Deinde cum
dicit: ut si in luna, quod dixit declarat in terminis di
cens ut et si in luna essemus, i. si essemus super lunam
super quam eclipsatur, videremus obiectam terram, et non ita
quod sentiremus causam defectus, i. eclipsis, super
universalem sentiremus, non i. cognosceremus per sensum quam
luna deficeret, i. eclipsaretur nunc, sed non super
cognosceremus per sensum omnino propter quid, i. universalem causam, non
enim sensus nunc, i. quod nunc est hic et nunc, i. universalis esset,
i. erit universalis ut habetur a° in fallacia, q. d. quod sensus
non erit, i. non diceretur universalis esse. Ergo si essemus super
lunam non cognosceremus lunam eclipsari nisi particula
riter, ideo non haberemus scientiam, quia nesciremus hoc universaliter.
Ergo videtur non esse scire. Deinde cum dicit: sed ex
consuetudine, dicit quod quamvis sensus est causa scientie, est quod ea
faciat quod postea faciat quod dictum est. Ideo comparat cognitionem
scientificam ad cognitiones alias. Tertio excludit quod
dixit, concludit in tertium, videlicet quod sentire non est
scire nisi accipiatur sentire equivoce. Secunda ibi: universale
autem. Tertia ibi: magis est. Dicit ergo: sed ex consuetudine in
hoc multotiens accidente, i. contingente, i. quando multotiens
contingens quod nos considerare in hoc, i. esse particulare, po
stea sumimus venationes in ipso, i. universale, et sic universale habe
mus demonstrationem ex singularibus, i. pluribus universale
est magis est. Hoc ergo modo causatur scientia ex sensu, ut
quando video nunc quod hoc reubarbarum purgat co
leram et postea video quod hoc aliud reubarbarum purgat
coleram multotiens, sic experiendo per sensum scio quod

multis singularibus devenio in universale et habeo scientiam
quod omne reubarbarum purgat coleram, et propositiones ergo universales per
quas habetur scientia et demonstratio et que sunt principia artis
et scientie sunt accepte ex multis sensibus. Deinde
inde cum dicit: universale autem honorabile, comparat cog
nitionem scientificam ad cognitiones alias, propter quod scientia
consistit in cognitione universalium scientifica que est
per causam, et cognitionem non per causam intellectivam que
est principiorum, propter hoc scientia ergo cognitio ergo scientifica que
est per causam universalem honorabilior est cognitione
sensitiva et etiam honorabilior est quacumque alia cog
nitione que non est per causam, non tamen est honorabi
lior quam cognitio principiorum. Ideo ait: universale autem honorabile est
quando ostendit causam, q. d. quod cognitio scientifica universalis est
honorabilis quia est ostensiva cause universalis, et ergo de
hoc universalis vel cognitio sic universalis ut cognitio habita de hoc universalis
i. de hoc universali per genus comparationis honorabilior
est sensibus, i. cognitione sensitiva, et supra hoc cognitio
universalis scientifica honorabilior est cognitione super
non habita per causam quorumcumque causa est, i. honorabi
lior est quam sit cognitio quecumque alia habita non per
hoc per ea quorumcumque est causa, i. per effectus, et addit quod sed
ex primis, i. de primis aliud ideo est, quia non est scientia
honorabilior quam cognitio principiorum propter quod ideo de
talibus est aliud ideo. Illo autem quod scientia que est per
causam est honorabilior cognitio cognitione quacumque habi
ta non per causam, dicit tamen cognitio illa sic talis que
sit causa, licet non cognitio principiorum non sic per causam, non tamen propter
hoc talis cognitio est minus honorabilis quam scientia, ideo
philosophus significanter loquitur scientiam esse honorabiliorem cognitione
quorumcumque est causa, i. cognitione quorumcumque causa est, quecumque
quod non cognitio habetur de causis, dicitur cum illa cognitio non
sit habita per causam, non est ita honorabilis sicut scientia.
De primis per se autem aliud ideo, quia talia non sunt causa, talia
non est causa. Aliqui autem hic tractant incidentaliter de
comparatione cognitionis scientifice ad cognitiones alias, sed
de hoc etiam plenius dicetur. Deinde cum dicit: magis est
ergo, excludit, que dixit concludit in tertium, videlicet quod
sentire non sit scire nisi accipiatur sentire equivo
ce, dicens magis est ergo quod in potestate sic sentiendo scire ad
demonstratorum, i. ad demonstrabile sunt ad demonstrabilium
ut habetur a° in fallacia nisi accipiatur sentire equivoce et
nisi aliquis dicat hoc esse sentire esse habere scientiam per demonstra
tionem multotiens, non sic loquimur quod quando ad mani
feste per intellectum cognoscimus dicimus nos sentire
et tangere. Sic ergo accipiendo sentire patet idem est quod mani
feste causam demonstrative cognoscere, idem erit sentire quod
scire. Deinde cum dicit: sunt tamen quedam, declarat

quo sensus sit iuvativus ad scientiam et quod quia
defectu sensus multociens impedimur a scientia.
esse quod eius facit. quia primo facit quod dictum est. secundo quia
dixerat declarat in terminis tactis quomodo aliqua quia assump
serat declarat vel assignat causam sui dicti secunda
ibi ut si vitrum. tertia ibi et propter hoc. dicit ergo quod
sunt autem quedam in propositionibus vel ut habetur alia
littera in problematibus id est in dubitationibus id est in
hiis in quibus dubitamus vel in hiis que nobis
apponuntur vel que nobis se offerunt dubitabi
lia quedam enim de talibus sunt redacta ad
defectum sensus ut ideo dubitamus de eis
quia deficit ibi sensus et non possumus illa com
prehendere per sensum ideo subdit quod quedam id est si vi
deremus non utique quereremus non tamquam scientes in
videndo id est non quod ipsum videre sit scire sed tamen
ex eo quod videremus id est ex visu habentes universale id est devenien
tes in universalem causam sensus ergo iuvat nos ad scien
dum non quod sentire sit scire. sed quia per ipsum devenimus in
universalem causam. Deinde cum dicit ut si vitrum. quod
dixerat manifestat in terminis dicens ut si videremus
vitrum perforatum et super videremus lumen transiens
per vitrum manifestum utique esset et propter quid id est manifestum esset utique causa
quare lumen per vitrum transit. esset enim causa perforacio vi
tri. Sciendum autem quod non curat philosophus de exemplo
loquitur enim more illorum dicentium lumen esse corpus un
de cum querebatur ab istis quomodo lumen transit per vitrum
dicebant vitrum esse porosum et perforatum sed
illa foramina propter sui parvitatem latent visum
nostrum et per illa foramina ut dicebant pertransi
bat lumen more ergo istorum loquitur. quod si sic esset et nos
haberemus ita subtilem visum quod videremus illa forami
na non quereremus causam quare lumen per vitrum transit. quia
manifeste videremus causam esse perforacionem vitri
iuvaret ergo tunc nos sensus visus ad cognitionem
cause. ipsum tamen videre non esset scire quia possumus
cognoscere causam in hoc vitro particulari sed cognos
centes in hoc vitro per visum causam particularis
deleni cogitaremus per intellectum sic esse in omnibus vitris
et ex hoc essemus habentes universale id est scientes universale.
Deinde cum dicit et propter hoc. assignat causam sui dicti quare
scilicet videndo ipsum videre non esset scire non esset sci
re dicens et propter hoc supra sic videndo ipsum videre
non esset scire quia propter videremus deorsum in universalibus
quod vel ut habetur alia translacio et melius in unoquoque
intelligere ad sit est causa in omnibus sic est. quia quod per
sensum non videmus omnia particularia simul. sed de
orsum in unoquoque ut videmus in hoc vitro quod sic
transire lumen et postea seorsum id est separatim in
alio vitro videremus quod sic transit lumen sed per
intellectum statim cognosceremus de omnibus omni vitro
sic quod per ipsum transit lumen. Non ergo videre et
universale sentire est idem quod scire.

Eadem autem esse principia omnium et cetera. postquam philosophus ostendit de
quibus non est scientia, ut de sensibilibus. quia non
est de fortuitis nec de particularibus sensibilibus
In parte ista declarat per eam non est suffi
ciens scientia. tamen quia principia quia non possunt sciri
omnia per eadem principia non sunt id est eadem principia omnium verorum
neque et sunt eadem principia omnium falsorum et multo
magis non sunt eadem principia omnium verorum et falsorum
simul duo autem facit. primo quod dictum probat intentum
secundo probat hoc per rationes magis communes et logi
cas secundo per magis proprias ibi. sed vero aliter esse primum
etiam facit quia primo ostendit quod non sunt eadem principia omnium verorum
et falsorum simul. secundo quod non sunt principia eadem omnium falsorum
tertio quod non sunt eadem omnium verorum. secunda ibi postea
neque falsorum. tertia ibi. neque verorum enim. esse primo duo
facit. quia primo ostendit quod non sunt eadem principia verorum et falsorum
secundo quod unum concludit propter quid. secundo ostendit hic eadem prius
unum concludere quam ibi. et similiter neque. dicit ergo quod eadem
autem esse principia omnium sillogismorum in proposito est primum quidem
est hic in proposito speculantibus logice cum non est
quod hic quidem sunt sillogismi veri alii autem tunc
supplenda est id est verorum sillogismorum sunt principia vera fal
sorum autem sunt principia falsa. principia vera et falsa non
sunt eadem ergo non sunt eadem principia omnium tam verorum
quam falsorum. Sciendum autem quod loquendo proprie nunquam
ex falsis sequitur nisi falsum. sed non. ex falsis sequitur verum hoc
non est propter quid sed quia. ista ergo non concludit quod loquendo
proprie quod omnium sillogismorum tam verorum quam falsorum non sunt
eadem principia sed sequens non declarabit quod qualiter
cumque fiant sillogismi dummodo sint ordinati in modo
et figura. non erunt omnium tam verorum quam falsorum eadem
principia. Non enim si verum sillogizetur ex falsis. sed primo
ea prosillogizentur premisse false deinceps quod
sillogizabuntur ex talibus. Sciendum autem intencio
nem huius capituli in hoc consistit quod non omnium sunt
eadem principia sicut ergo ostensum est supra de quibus
sensibilibus non est scientia. quia non est de fortuitis nec
de particularibus sic in hoc capitulo declaratur per quam
principia non est scientia. quia per eadem principia non potest omnium vi
accipi scientia. Deinde cum dicit et similiter neque. ostendit quod
non solum si sillogizetur propter quid sed qualitercumque sil
logizetur non erunt eadem principia verorum et falsorum dicens

et si neque sit, id est contingat, verum sillogizare ex falsis, sed hoc sit semel, quod dico quod si ex falsis sillogizetur verum solum hoc erit semel, videlicet in primo sillogismo, quia non erit talis conclusio quales sunt premisse. Sed per eam in prosillogismis si prosillogizentur premisse oportet quod prosillogizentur ex falsis, quia non sequitur falsum nisi ex falsis, et ideo si debent alie premisse prosillogizari cum sint false, prosillogizabuntur ex falsis semper; ergo talis sillogismus talis erit conclusio, quales erunt premisse. Id autem ut si a de c verum sit, ut si hec est vera: omne c est a, medium autem b falsum, non enim a in b est neque b in c, id est tale accipiatur medium falsum quia nec a sit in eo ut quod ista sit falsa: omne b est a, ut puta omnis lapis est animal, neque b medium acceptum sit in c, ut puta quod minor sit falsa, videlicet omne c est b, id est omnis homo est lapis; conclusio tamen erit vera, videlicet omne c est a, id est omnis homo est animal. Hic ergo est semel, id est in hoc primo sillogismo, quia non sunt tales premisse qualis est conclusio. Sed si accipiantur media horum, id est talium premissarum, cum sint iste premisse false, propositiones accipere ad probandum eas erunt false, eo quod omnis conclusio falsa ex falsis est. Sed ergo conclusio falsa ex falsis est, vera autem est ex veris, altere autem sunt propositiones vere et false; ergo semper alia sunt principia sillogismorum verorum et falsorum. Notandum in hoc consistere quod loquendo proprie quod semper tales sunt premisse qualis est conclusio, et e converso, ut si premisse sunt false et conclusio. Sed vere et conclusio in loquendo quando semel hoc contingit vel potest contingere quod non sunt tales premisse qualis est conclusio, ut in primo sillogismo qui ex falsis concludit verum. Sed per eam in talibus prosillogismis si prosillogizentur premisse cum sint false, semper propositiones accipere ad concludendum eas erunt false, in omnibus ergo aliis prosillogismis tales erunt premisse qualis conclusio. Forte ergo ex hoc talis non semper vel communiter semper, et ut plerumque tales sunt premisse qualis est conclusio; ergo sillogismorum verorum ut plerumque sunt premisse vere, falsorum false; non eadem sunt propositiones vere et false; ergo non omnium tam verorum quam falsorum erunt eadem principia. Alias ergo forte sillogismus verus, id est habens conclusionem veram, habebit premissas falsas, in omnibus cum per prosillogismos erunt false conclusiones et false premisse.

Dubitatur forte alias, quia non videtur hoc verum quod solum semel sit conclusio dissimilis a premissis. Falsum: potest sillogizari verum ex altera propositione vera et altera falsa. Falsum: omnis albedo est color, hec est vera; omnis nigredo est albedo, hec est falsa; ergo omnis nigredo est color, que est vera. Ergo si debemus prosillogizari premisse cum sit altera vera et altera falsa non erit necessarium accipere semper premissas falsas, nec erit necessarium accipere semper veras. Falsum: cum altera premissarum sit vera, poterit sillogizari ex veris et ex falsis; non ergo premisse similes erunt conclusioni. Dicendum quod si premisse sunt vere de necessitate concludunt conclusionem veram, sed si premisse sunt false non de necessitate concludunt conclusionem falsam, quia si semper concluderent falsam statim haberetur intentum, quia non sunt eadem principia sillogismorum verorum et falsorum. Ad obviandum ergo huic dubitationi dicit philosophus semel hoc contingere quod premisse non sunt similes conclusioni; ymaginatur tamen quod debeamus accipere ambe premisse false, quia si acciperetur una vera altera falsa statim esset dissimilitudo in primis sillogismis, quia non essent ambe premisse false sicut in sillogismo supra dicto sunt ambe premisse vere. Propter quod supponit philosophus quod debemus ambe premisse vel accipere veras vel ambe false. Quo supposito in solo primo sillogismo potest hoc contingere quod conclusio sit dissimilis a premissis; in omnibus aliis prosillogismis si prosillogizentur premisse cum sint false semper accipientur propositiones false et conclusio semper similis premissis. Vel possumus ad hanc veritatem clarius declarare: vult enim philosophus ostendere quod non omnium sillogismorum sunt eadem principia. Adversarius ergo contradicens huic veritati semper debet accipere premissas in sillogismo similes, vel ambas scilicet veras vel ambas falsas, quia si in uno et eodem sillogismo acciperent unam premissam veram et alteram falsam statim contra se ipsum ageret, quia concluderet quod cum falsum si in uno et eodem sillogismo non sunt eadem principia, sed aliud est principium veri, aliud falsi, multo magis in omnibus sillogismis non erunt eadem principia.

Deinde cum dicit postea neque false, ostendit quod omnium falsorum non sunt eadem principia, dicens: postea neque false, scilicet conclusiones sunt ex eisdem simpliciter principiis, quod dico quia ostendimus non esse eadem principia omnium tam falsorum quam verorum; volumus nunc postea ostendere omnium falsorum non esse principia eadem. Id autem quia contrarie et, id est conclusiones false, scilicet conclusiones ad invicem sunt contrarias esse, et quia tales conclusiones esse impossibiles sunt, id est esse incompossibiles, ut iusticiam esse iniusticiam aut timorem et hominem esse equum aut bovem et equale esse maius vel minus. Ex positis, id est ex premissis datis, sic est, id est sic quod concludendum, quod dico quod si omnium falsorum erunt eadem principia, tunc ex eisdem principiis positis vel ex eisdem principiis datis concluderetur quod iusticia sit iniusticia et quod iusticia sit timor, que sunt false et incompossibiles, et quod homo sit equus et quod homo sit bos, et quod equale sit maius et quod equale sit minus; quia ergo omnia ista sunt falsa et incompossibilia, et talium non possunt esse eadem principia, omnium falsorum non erunt eadem principia.

Notandum quod si conclusiones sunt contrarie et incompossibiles

quod principia ex quibus sciuntur et maxime si scientie ex eis sp quod oportet esse falsa et opposita. Sed que sunt opposita non sunt eadem; ergo omnium talium non sunt principia eadem. ¶ Deinde cum dicit: neque vero verorum. Dicit quod omnium verorum non sunt eadem principia et quod sex facit super sex rationes adducit ad propositum. Secunda ibi: necesse autem est. Tertia ibi: sed neque communium. Quarta ibi: amplius principia. Quinta ibi: adhuc conclusiones. Sexta ibi: amplius principia quidem. Dicit ergo quod neque verorum omnium sunt eadem principia. Aliorum enim super sunt principia multorum generum, id est differentium generum, nec super multa principia conveniunt ad invicem, quod dicit quod ex quo principia sunt multa, id est differentia genere, oportet quod principia sint altera, et non conveniant ut principia in genere discretorum non conveniunt cum principiis in genere continuorum, ideo exemplificat ut unitates non conveniunt punctis. Nam hec quidem, id est unitates, non habent positionem, illa autem, id est puncta, habent super positionem. ¶ Deinde cum dicit: necesse est autem. Adducit ad hoc secundam rationem super tam ex ipsa syllogizatione vel ex ipsa multiplicatione syllogismorum, ut si fiat aliquis syllogismus ut puta quod syllogizetur homo esse corpus. Sed si debeant multiplicari syllogismi per hunc numerum terminorum accepti vel accipientur in terminis medius et hic dicit vel sursum universalius corpus, ut puta si acciperetur pro medio animatum corpus, vel deorsum universalius hominem, ut puta si acciperetur pro medio animal; vel accipientur tales termini extra, ut si fiat acceptio super corpus vel infra hominem, si ad esset infra. Ipsum ex hoc intelligitur quod non solum omnium verorum non sunt eadem principia, sed et omnium affirmationum verorum non sunt eadem principia. Ideo autem necesse est autem super illa verba que de se invicem concludunt affirmative aut convenire in medio et hic dicit aut in sursum aut in deorsum; aut ergo hos saltem terminos oportet hic intelligi ut eos tamen accipi unde sursum vel deorsum. Illos autem terminorum extra quod dicit quod si non multiplicantur syllogismi vel affirmativi vel accipiendo in medio vel accipiendo extra super maiorem extremitatem vel infra minorem, tunc ergo est supplenda ratio quod cum non omnia sic se habeant non omnia se habebunt per ista. Itaque non omnium erunt eadem principia. ¶ Dubitabit forte aliquis quare videtur quod inutile sit accipere super maiorem extremitatem et inutile infra minorem, quod ex hoc non concluditur maior extremitas de subiecto.

¶ Dicendum quod accipere in medio sive accipiatur sursum universalius minore est maiorem extremitatem sive deorsum universalius minore est utile ad concludendum maiorem extremitatem de minori universaliter. Accipere autem infra est utile ad concludendum maiorem extremitatem de minori particulariter, ut si sic hec sit concludenda: homo est corpus, si accipiatur infra hominem erit utile ad concludendum corpus de homine particulariter, ut puta si accipiatur Ethiops. Verum est enim omnem Ethiopem esse corpus et omnem Ethiopem esse hominem; concluditur ergo secundum tertiam figuram quendam hominem esse corpus. Vel utile est sic accipere ita ad concludendum maiorem extremitatem de illo infra accepto, assumendo pro medio minorem extremitatem; potius concluditur corpus universaliter de Ethiope per hoc medium homo. Accipere autem super nullo modo est utile ad concludendum maiorem extremitatem de minori per syllogismum, non concluderetur corpus de homine nec universaliter nec particulariter. Est tamen utile sic accipere ad concludendum acceptum de minori extremitate faciendo medium de maiori, ut si accipiatur substantia que est super corpus, poterit concludi substantia universaliter de homine per hoc medium corpus.

¶ Videtur forte dubitabit aliquis utrum hic modus accipiendi valeat sic pro passionibus. ¶ Dicendum quod sic, ut puta si ab eodem subiecto fluentes accipiantur passiones que erunt per se passiones eius et quecumque eius ipse. Sed ergo demonstretur passio octava per septimam, non erit demonstratio per immediata; ergo non reducetur ad immediata vel accipiendo infra octavam et septimam, et hic dicit in medio si volumus dicere hic explicite quod vel accipientur omnes in medio inter octavam et septimam, ut puta passio sexta que est in medio omnium distans ab octava et septima; vel accipietur magis universalis octava ut nona, vel magis universalis septima ut quinta. Cum ergo accipere vel passiones accipere vel erunt in eis modus quibus dicimus vel erunt extra; et hoc dicit quod vel erit super passionem septimam, ut puta passio prima vel secunda, vel infra passionem octavam, ut puta nona vel decima. Ea ergo que sic se habent secundum talem analogiam reducuntur in eadem principia; et quia omnia non sunt sic ordinata, non sunt omnium eadem principia. ¶ Deinde cum dicit: sed neque communium. Adducit tertiam rationem superius ex eo quod principia quedam non faciunt syllogismos et in aliis et aliis generibus sunt principia propria alia et alia. Ideo non omnium talium sunt eadem principia. Ideo autem quod sed neque communium principiorum, id est de nullo communium principiorum possunt esse alique super principia ex quibus demonstrentur omnia super significat et exponit se dicens: dico autem communia, scilicet principia ut omne affirmare aut negare. Sed hec principia communium de quibus affirmatio vel negatio non sufficit sine propriis. Ideo subdit quod genera entium altera sunt, quod dicit quod entium que sunt, id est entium sunt altera genera, id est diversa predicamenta, et cum sic est, quia entium esse altera principia. Ideo subdit et alia que super principia sunt in quantitatibus solum sicut solum qualitatibus, id est alia sunt principia solum quantitatibus et propria qualitatibus

ergo quod aliqua principia sunt quibus communia propria, cum quibus principia propria
demonstrantur passiones per communia. Si ergo non suffici-
ant communia sine propriis, et hec propria talis proportionatas
sunt alia et alia, non erunt omnium eadem principia.
Et non quod alia conclusio non licet solum tamen satis per
exponi per solum propria, scilicet principia que sunt solum
conclusionibus sunt propria conclusionibus. cion mu[...]
Amplius principia ltium et cetera.
Hic ut dicebatur adducit rationem contra
tam superiorem ex eo quod principia non sunt mul-
to pauciora conclusionibus. Iste autem amplius principia non
sunt multum vel multo minora idest pauciora conclu-
sionibus. Et videtur quod principia quidem idest propositiones sunt propo-
nes aut sunt termini assumpti aut sunt termini in-
missi et cetera. Quod ipse propositiones concluse in uno sillogismo
sunt principia in alio sillogismo que propositiones fuit extremis et
assumptis extrinsecus ut super maiore et infra mi-
nore extremitate aut immissis idest intermissis.
Et acceptis intra utrumque extremitatem tunc ergo est
supplenda ratio quod si principia sunt non multum pauciora
conclusionibus cum non sint eedem conclusiones omnium sillogis-
morum non sunt eadem principia omnium horum sillogismorum. Du-
bitabitur forte quis quod principia sunt non multo pau-
ciora conclusionibus. Dicendum quod hoc referendum est ad ipsas
conclusiones terminos, termini idest qui accipiuntur pro principiis et
intermediis sunt non multo pauciores terminis ex quibus
fiunt conclusiones. Quod patet si accipiatur termini intermissi in
ter terminum assumptum extrinsecus ut si debeat sillogizari quod
a sit c, accipietur termini intermissi inter ut puta
b media c, et alii termini si alii sunt inter me-
dium et a et c, accipietur autem termini assumpti extra
ut super maiore extremitate ut super c accipi-
etur d. Vel aliter alii termini, sed alii sunt sup-
eriores, infra minorem accipietur hoc. Et alii ci-
si alii sint constat autem quod termini inter medium quod
sunt inter terminum supremum et terminum infimum ut
inter substantiam et hominem erunt principia et accipietur ut me-
dium, scilicet corpus erit principium et erit medium ad probandum substantiam
de omnibus inferioribus et animatum corpus erit principium et erit
medium ad probandum tamen substantiam quod corpus de omnibus
inferioribus et aliter erit principium et medium ad concludendum
omnia superiora de homine. Ergo in omni tali anologia
si essent centum tales termini quod sunt ibi termini
medii tot sunt ibi principia sillogismorum per que conclude-
tur aliquid de aliquo. Terminus autem supremus non po-
terit accipi ut medium ad concludendum aliquid de ali-
quo in tota hac anologia sed ita terminus ultimus hoc po-
terit accipi ut medium ad concludendum aliquid non ultimum sed so-

lum particulariter. Ergo in omni anologia quod sunt ibi termini tot
sunt ibi principia sillogismorum excepto termino supremo qui est
omnino inutilis ad concludendum. Viso in omni genealogia
et in ordine terminorum quod termini accipiuntur ut principia
sillogismorum, restat videre quod termini in hac genealogia
ingrediantur conclusionem, scilicet ad concludendum tamen quod
principia excluduntur duo termini extremi vel solum exclu-
ditur unus terminus, scilicet summus, scilicet infimus non excluditur
simpliciter cum per ipsum possit concludi particulariter licet non
universaliter. Sic ergo dicendum est de terminis qui ingrediuntur ut media
vel ut principia. Sed ab ingressu conclusionis in tota genealogia
nullus excluditur terminus, scilicet per alios possunt omnia superi-
ora concludi de homine. Ita quod omnis termini superiores aliis
et infra ingredientur conclusionem ipsum in aliis conclusionem in-
gredietur quod per ad quod est infra substantiam, et aliter concludi
poterit substantia de aliis ipsum. Ergo aliter in hac genealogia omnium
inferius sed ergo in omni genealogia solus unus terminus excluditur
simpliciter, sic omnino inutilis ad concludendum; ab ingressu autem
conclusionis nullus excluditur. Principia sunt non multo paucio-
ra conclusionibus idest in omni genealogia termini qui accipiuntur ut
principia non sunt multo pauciores terminis qui ingredi-
untur conclusionem. Item ergo termini qui concluduntur in uno sillogismo se-
parata principia in alio et ex hiis terminis conficiuntur propositiones que
sunt conclusiones in uno sillogismo et postea sunt principia et premisse
in alio. Non est ergo in hac parte quod vacet apponere, scilicet quod
ipse autem quod principia sunt non multo pauciora conclusioni-
bus hic dicat quod in hiis stat tota virtus medii, scilicet
si principia non sunt multo pauciora conclusionibus conclusiones
non sunt eedem nec principia erunt eadem. Cum non propter
ea videtur quod principia sunt propositiones et propositiones sunt assum-
pta termini aut intermissi hoc autem ad declarandum
suum intentum, scilicet quod principia non sint multo pa-
uciora conclusionibus ex hiis declaratur quod si assumantur termini
extra ut super maiorem et infra minorem et accipiantur
termini intermissi inter, ex utrumque extremitatibus et ex hiis terminis
fiant propositiones que propositiones erunt principia in uno sillogismo et con-
clusio in alio. Sed licet fiat ex hiis ut patuit declara-
bitur ista virtus quod termini qui sunt principia non sunt multo
pauciores terminis que ingrediuntur conclusionem, verba
ergo nunc dicta ad duo deserviunt et ad declarandum
quod principia non sunt multo pauciora conclusionibus et ad prin-
cipale intentum, scilicet illa eadem propositiones consti-
tuta ex terminis intermissis vel assumptis sunt principia in
uno sillogismo et conclusiones in alio. Quoniam est quod principia fiant conclusio-
nes et conclusiones principia et si aliquid ad hoc excluditur
ex aliquo sillogismo conclusa quod non possunt esse principia il-
la sunt valde pauca. Et ideo si contingeret et ut plurimum principia
fiunt conclusiones et e converso idem erit iudicium de principiis et

de cōclōibȝ ſȝ nō ſūt eedē ɔclones oīm ſilloꝝ voꝝ g° nec eadē pn̄ͣ. arguit. n. potuiſſēt ɔcl ad ducte de ſillis affīnatis diuͤ ſȝ ſi nō ſūt eadē pn̄ͣ oīm ſilloꝝ affīnatioꝝ voꝝ mlto mg̃ nō erūt eadē pn̄ͣ oīm ſilloꝝ voꝝ tā affmatioꝝ q̄ negatioꝝ ul' poſſum⁹ dc̄e q̄ ꝑ ulla eadē meͣ ꝑ que fit reductō ad īmediata in affīnatis fit reductō ad īmediata ī negatiuis n° cuio ſupͣ dixim⁹ q̄ ſi ꝓbat̄ de affīnatis q̄ nō ſūt eadē ꝓbatū erit de negatis. De inde cū d°. ad h' ɔclones. adducet ɔ̄ta rōm dicēs q̄ ad huc eē aͩ rō q̄ ɔclones ſūt ī īfin te cīm aut ſup īcpubȝ queuūt oīs ſciē ſūt finiti .1. ſūt valde pauca nō ſufficiūt g° tales tīni ɔ talia pn̄ͣ ad oīs ɔclones nō g° ſūt eadē pn̄ͣ oīm. Solō aut vim rōis h⁹ ī hoc ɔſiſte q̄ ſi eēnt eadē pn̄ͣ oīm. tūc illa pn̄ͣ eēnt illi tīni ul' ɔſtitueēnt ex ill' tīnis ī q̄bȝ ɔuūt oīs ſciē ſȝ h' tīni ſūt finiti .1. ſūt valde pauca q̄ ſūt ɔſſimi ſic ſūt tīni ſupra ex ente ul' ex g'n'abilibȝ ꝑtibȝ cuiꝰ ɔmodi ſūt eē ɔ nō eē. ɔ nō eē act⁹ ɔ pō ɔ talia ɔſſima q̄ valde pauca ſūt ſi iſta ſūt ita pauca ɔ ɔclones oī ū ſciaꝝ ſūt q̄ſi īfinite iſta pn̄ͣ pauca q̄ ſūt eadē nō ſufficiūt ad tantā multitudiēȝ ɔclo nū oȝ g° dare pn̄ͣ alia ꝓpa aclibȝ ſciā cuiq ſūt alcā ɔ diuīſa ī diuīſis ſcīs. nō g° ſūt eadē pn̄ͣ oīm vȝ aut h' rō cīrca mltū ꝓpinq̄re rōi tīe diſſt tn̄ h' ab illa ſlam illa ꝓbat q̄ nō ſufficiūt pn̄ͣ ɔīa abſꝙ ꝓpiis ꝑ diuſſitate geneꝝ entis oȝ n. dare pn̄ͣ ī ɔſlitatibȝ ɔ ī q̄titatibȝ ɔ ī cuolȝ gn̄e entis cuiꝰ ad ɔ̄cta coībȝ habeant efficaciā ɔcludēdi. ſȝ h' rō cīrca nō eīn ī īnite diuſſitᵃ gen̄ū q̄ᵐ multitudīm ɔclonū ſlam q̄ ſic finiti tīnū ɔ ſic pauca pn̄ͣ ī q̄bȝ queuūt oīs ſciē ſufficiet ad tantā multitudinē ɔclonū eē deriſoriū dc̄e opꝫ g° pē iſta in q̄bȝ oīs ſciē queuūt dare alia pn̄ͣ ɔ alios tīnos ī q̄bȝ diffūt ꝑ q̄ nō erūt oīm eadē pn̄ͣ.

Dubitaȝ forte al's. q̄ vȝ q̄ h' ſit ſlam q̄ ɔclones ſint īfinite cū ꝓbatū ſit ſupͣ ſtatus ī ſurſū ɔ ī deorſū. Dō q̄ q̄ᵐ ad īētō phi nō oȝ q̄ dicam⁹ cōclones eē īfinitas ſiᵐ ſȝ dnt īfinite .1. īnuabiles ɔ ex h' hȝ īētū ſla ī tanta nuoſitē ɔclonū nō ſufficiūt illi tīni finiti .1. illa pn̄ͣ pauca ī q̄bȝ queuūt oīs ſciēcie. q̄ ſi tā uellem⁹ ſaluare ɔclones ad lr̄aȝ eē īfinitas. ſaluarem⁹ h' ɔplr nec dicem⁹ q̄ h' lr̄a ɔdicat ſupiori caplō ubi oñſū ē eē ſtatū ī ſurſū ɔ ī deorſū q̄ aᵈ eē loci de īfinitate ꝑ ſe ɔclonū ī ſe. ɔ aᵈ ut reducit̄ in ſua pn̄ͣ ɔ ut dem⁹ ſen̄ le ɔ̄ᵐ dicem⁹ q̄ figē mltiplicat̄ ī infinitū q̄ alia figā ē tīnᵒ aᵈ q̄drangulus ɔ ſic aſcē̄ᵈᵒ ɔſtat aut q̄ q̄lībȝ fiᵈ hȝ ſuā ꝓpē̄ᵗᵉˢ que poſſȝ demrārī de ipā ſi q̄s eēt eē h' ſolliciᵈ ut tīn⁹ hȝ ꝓpetate. hr̄e tres q̄drangulus aut ſi ſit regularis hȝ ꝓpetē̄ᵗᵉ hr̄e angulos oppoſitos ɔ latā oppoſitā q̄lia ɔ ſic de figis aliis. cū g° tales figē ſint īfite nō vȝ poſſe negari q̄n ɔclones ꝑ ſe aliq̄m⁹ vadant ī infinitū tn̄ ut reducūt̄ ī ſua pn̄ͣ nō oȝ q̄ nec ī ſurſū n° ī deorſū vadant ī infinitū ſlam poſſȝ aliq̄ ꝓpetas ꝓbari de fiᵃ ſupiori ut puta de exagono n° ꝓbari nec de penthagono n° q̄drāgulo ꝓbabī. n. de exagono q̄ ſi colloceē ī ɔ̄culo laͭᵉ eī erit medietas dyametē h' g° ꝓpetas videlȝ hr̄e latus ɔ̄lē mediᵉᵗ dyamet ſic ꝓbabī de exagono q̄ nulla mētō fiat de penthagono nec de q̄drāgulo lȝ g° exagon⁹ ī ordīē figaꝝ ꝓſuppoīt penthagonū ɔ q̄drāgulū tn̄ ut reducit̄ ī pn̄ͣ ꝑ cuiꝰ ꝓbant̄ ꝓpe paſſiones de ipō nō oȝ q̄ fiat talis reductō mediātibus figis ill'. ɔ̄tinuitates g° fiᵉ vadant ī infinitū reductō tn̄. eīȝ fiᵉ ī ſua pn̄ͣ q̄ eē ꝓcede. q. ī ſurſū ɔ ꝓcede a pn̄ͣˢ ad paſſionē eīȝ fiᵉ q̄ eē ꝓcede q̄ſi deorſū. ſꝑ eī̄ q̄ finitū n° oȝ q̄ ꝑ q̄ augmētat̄ nūs figaꝝ q̄ augmētetur tal' reductō. q̄ ut patuit nō oȝ q̄ ſꝑ figa ſeq̄ns ut ſbicit̄ ſue paſſioni reducat̄ ī pn̄ͣ ꝑ figis ꝑcedentes. cū g° īētō phi q̄ ɔclones ī ſe poſſūt eē īfinite licet ordo ī pn̄ͣ ī ſcoꝫ ɔ deorꝫ ſꝑ ſit finitus cū g° tīnū ī q̄bȝ colcāt oīs ſciē ſint finiti .1. pauci tales tīnī ɔ lia pn̄ͣ coīa ī q̄bȝ ſciē queuūt nō ſufficient ad tantā multitudinē ɔclonū ſiᵉ tīnī ɔ pn̄ͣˢ ī q̄bȝ ſciē diffūt. Credo n° h' poſſum⁹ ſaluare ut q̄dā ponūt ꝑ ɔbinacōm vdonᵉ. n. q̄ lic̄ ſūt multū pauce uoc ɔ tn̄ īfinitis modis ɔbinari poſſūt ita ut īfīte dictōnes poſſint ꝑ aliā ɔ aliā ɔbinacōm ex talibȝ lr̄is ɔſtitui ſic aūt ex paucis ɔ ex finitis tīnis ꝑ aliā ɔ aliā ɔbinacōm ɔſtitui poſſūt īfinite ꝓpōes ꝓma tn̄ expō melior eē. q̄ nō pē tot modis variari ɔbinacō tīoꝝ ad ɔſtituendū ꝓpōes q̄ modis variat̄ ɔbinacō

Deinde cum dicit: Quomodo autem, ostendit quod de eodem possit esse scientia et opinio quantum ad scientem et opinantem, et quod duo fuerunt, quae probavit. Ostendit quod in eodem non potest esse simul de eodem scientia et opinio. Secundo ibi: In alio quidem. Dicit ergo quod manifestum est ex his quod non contingit super eodem hominem simul opinari et scire idem; haberet enim utrumque tunc idem homo, opinionem eiusdem aliter se habendi et non aliter se habendi, quod non contingit. Dubitabit forte aliquis utrum idem homo possit idem simul scire et opinari, et videtur quod sic. Quia scientia aggeneratur per rationes necessarias, opinio per probabiles. Si ergo aliquis habeat de aliquo opinionem per rationes probabiles, si postea de illo acquirat scientiam per rationes necessarias, non oportet quod obliviscatur illas rationes probabiles. Simul ergo de eodem habebit rationes necessarias et probabiles, ergo simul scientiam et opinionem. Intelligendum est plus requiri ad posse habere simul opinionem, id est extimationem esse idem aliter se habendi, id est aliter se habere et non aliter se habere, quae duo sibi invicem adversantur et simul esse vera non contingit. Et ideo quod idem simul de eodem non potest simul scientiam et opinionem. Potest enim simul de eodem habere rationes necessarias et probabiles, sed rationes probabiles sine necessariis faciunt opinionem; cum necessariis autem non fidem nec opinionem, non enim aliquam credulitatem faciunt, sicut quando habet rationes necessarias demonstrationis quod habet tres, sed cum habet aliquod signum probabile, ita firmiter credit per rationem necessariam quod per signum probabile nullam fidem nec aliquam credulitatem ulteriorem de illo faceret. Habens ergo rationem necessariam quod non potest aliter se habere nullam opinionem de illo habere potest per aliquod signum probabile, per quod extimet quod possit aliter se habere. Deinde cum dicit: In alio quidem, ostendit quod in alio contingit, resumens quod in eodem esse non possit aliter, nam alius homo potest de eodem habere scientiam et opinionem, sed non idem homo. Ideo autem in alio quidem, nam utrumque, id est tam scientiam quam opinionem, contingit esse eiusdem, sicut dictum est, id est contingit esse eiusdem in alio. Sed in eodem non sic est habere, non enim scilicet idem homo opinionem simul ut quod homo esset quod vere est animal, id est extimationem, et esse vere animal. Hoc enim erat non contingere esse non animal, non contingere aliter se habere. Et super idem habebit opinionem quod non vere animal, id est quod homo non sit vere animal, hoc enim est sic contingere, scilicet aliter se habere. Cum ergo ista duo stare non possunt simul, quod aliquis credat de aliquo quod sit vere animal et quod non sit vere animal, quod non possit aliter se habere et quod possit aliter se habere, unde et idem de eodem non potest habere scientiam et opinionem, sed alius et alius potest. Dubitabit forte aliquis utrum de quocumque est scientia possit esse opinio et econverso. Et dicendum quod de quocumque est scientia quod non est per se notum, quia si esset per se notum de eo non esset scientia sed intellectus. Quod quidem autem non est per se notum potest apud aliquem esse dubium. De quocumque ergo est scientia et scitur per rationes necessarias, potest apud aliquem esse dubium et cognosci per rationes probabiles. De eodem ergo non est intellectus et opinio, sed de quocumque est scientia potest esse opinio. Non tamen convertitur, quod de quocumque fit opinio quod de illo possit esse scientia, sicut particularium non est scientia nisi diffinitio, potest tamen de eis esse opinio. Non ergo de quocumque sit opinio potest esse scientia, tamen de quocumque est opinio potest de eo esse scientia aliquomodo, vel in se vel in suo universali, ut in eo invenitur ad necessitatem, ut si est opinio de particularibus de eis erit scientia in universali, et si est opinio de eis quae contingunt aliter se habere de eis erit scientia prout in eis reperitur aliquid quod non contingit aliter se habere. De ipsis enim contingentibus possunt fieri immutabiles rationes, unde VII Physicorum, quae est de corpore mobili, de ipso corpore mobili formantur immutabiles rationes. Et de casu et fortuna potest esse scientia prout in eis reperitur aliquid necessitatis, non tamen talia esse in eis per accidens non est per accidens, sed necessitatem. Alterius forte dubitaret aliquis utrum opinans possit se credere scire et sciens credere se opinari. Et dicendum quod esse opinionem deceptionem eadem non est inconveniens. Multi enim opinantur et tamen habent non nisi medium probabile quod potest aliter se habere, et tamen decipiuntur credentes se habere necessitatem medii quod non possit aliter se habere, unde tales non habent scientiam, credunt tamen se habere scientiam. Sed esse scientiam eadem deceptionem est impossibile. Potest enim contingere quod nesciens credat se scire, sed quod sciens credat se nescire et decipiatur vel credat se opinari est impossibile, quoniam non est sciens nisi sciat resolvere usque ad per se nota. Hic autem sciens statim videt quod impossibile est aliter se habere; sic autem se habens non est possibile quod opinetur. Advertendum tamen quod habens medium probabile, si credat habere necessitatem sed decipiatur, non habet scientiam sed opinionem materialiter, sed non formaliter, quia non opinatur ut opinans se opinari, sed ut deceptus, aut ut estimans se scire. Deinde cum dicit: Reliqua autem, comparat scientiam ad alios habitus cognitivos. Et quod dicit quod prius comparat scientiam ad alios habitus cognitivos, secundo specialiter determinat de solertia, quae speciali modo respicit inventionem medii, ibi: Solertia quidem. Dicit autem quod reliqua autem, id est reliquos habitus cognitivos, quomodo oportet distribuere, id est distinguere inter intellectum et scientiam et artem et prudentiam et sapientiam, supra non spectat omnia ista distinguere ad praesentem speculationem, sed ad libro Ethicorum reservatur. Quod si quidem sunt perfectae magis, illa autem sunt magis etiam considerationis cui dicitur quod aliquorum istorum distinguere

et investigare spectat ad philosophiam, id est ad naturalem philo-
sophiam. alia vero considerare spectat ad ethicam, id est ad
moralem scientiam. ¶ Glosa. autem quod premissa opi-
nione loquendo de habitibus vel primo dicendum est intellectum et intellectum
est, id est intellectus contemplativus principiorum ad que non est ra-
tionem, id est habet contrario conclusionum que contrarius se
habet quod vel sunt practice vel speculative. si sunt
practice hoc est dupliciter quod vel sunt agibilia et sic est
prudentia que est recta ratio agibilium vel sunt facti-
bilia et sic est ars que est recta ratio factibilium.
Si autem sunt speculative vel est per causas altissimas
et tunc est sapientia vel per causas non altissimas et tunc est
scientia. recta ergo ratio dividitur in quatuor, in scientiam, sapientiam,
prudentiam et artem. artifices id est manuales licet non
arguant sillogistice, tamen faciunt scilicet primo conclusionis
concludunt id est in mente sua, sic debet sic facere vel
quia sic viderunt priores artifices facere vel quia
ductu rationis docentur ut sic agant. cum ergo philosophus
distinxit reliquos habitus, rationem et intellectum quem postea
nominavit scientiam et artem etc. nominavit dictum dividere
in. ¶ Glosa. in quo ratio et intellectus possunt dici potencia
animae. et sic de eis considerare spectat ad physicum vel
possunt dici habitus. secundum quod ratio ut dictum est dividitur
in quatuor habitus et sic spectat ad librum ethicorum. nam in
vi. ethicorum seriose de omnibus huiusmodi conditionibus habitibus. qua-
liter autem partes se intromittere ethice de talibus non
est presentis speculationis vel possumus dicere quod
philosophus per rationem intelligit potentiam intellectivam de qua
determinare spectat ad physicum ut ad librum de
anima, per intellectum et scientiam etc. intelligit virtutes habitus
contemplativos de quibus determinatur in vi. ethicorum. ¶ Deinde
cum dicit solertia quidem. declarat de solertia etc.
quod ea facit. quia primo aut quid est solertia. secundo consider-
rat declarat per exemplum, tertio reducit solertiam
ad ordinem sillogisticum ibi ut si quis. tertia ibi
splendidum esse. dicit ergo quod solertia quidem est quedam
subtilitas medii, id est quedam facilis coniectura medii
ut habet aliquis in insensibili tempore non prescripto id est non habito tempore
pre ad percipiendum et ad deliberandum tunc id est dicit quis sol-
ers qui cito statim et cito subito videt causam et medium quo-
ad sic. ¶ Deinde cum dicit ut si quis. quod dixerat de-
clarat per exemplum et post in exemplo dicit ut si quis videt quod luna
splendorem habet conversa ad solem id est ex ea parte qua habet vel
solem statim intellexit propter quid sit hoc quia propter id quod illustra-
tur a sole. quia id est videmus quod luna semper habet splendorem
in illa parte que est versus solem. et non tamen debet intelligi
quod habet lumen a sole posuit etc. dicit autem super si quis
videt disputantem id est altercantem cum paupere cum divite

convenit quem accomodatum est id est statim coniecturatur est quod
ille dives ad accomodavit illi pauperi posuit
autem statim etc. dicit autem super si quis videns duos inimicos et super
inimicos factos amicos statim super convenit propter quid
hoc sit ut propter id quod sit amicus eidem vel inimicus
eidem quasi id est duos inimicos fieri amicos vel quia ami-
citie uni et eidem vel quia inimicitie uni et eidem ut
considerat illum et sic quod omnes id est causas mediales videns
convenit et ultimas id est solertia quia statim videt medium et cognos-
cit causas mediales per quas cognoscit causas ultimas ad quas stat
ultimo resolvendo vel ultima causa non est cause propter quid. tunc ergo est
quis intuitive solers cum cognoscit causas mediales et scit
eas resolvere in ultimas. ¶ Tertio cum dicit splendidum
esse. reducit solertiam ad ordinem sillogisticum dicens si
splendidum esse ad solem id est habere splendorem versus solem
vel in ea parte qua respicit solem in quo a id est maior ex-
tremitas lucere a sole id est habere lumen a sole b id est me-
dius terminus luna c id est minor extremitas. et sic dicit quod in-
est quod lune b quod est lucere a sole significatum per b. et hoc
lucere a sole hoc est minor luna habet lucere a sole ipsi
c b id est ipsi habenti lucere a sole a id est in esse quod id
est quod esse splendidum ad hoc id est versus solem a quo est hic sple-
dor hoc est maior videlicet quod huius splendorem a so-
le splendet ex ea parte que est versus solem inesse ipsi
c id est ipsi lune a scilicet inesse id est splendere id est versus
solem per b id est per habere lumen a sole. forma ergo sic sillogismi
Omne quod habet lumen a sole splendet versus solem. luna
habet lumen a sole ergo splendet versus solem. et in hoc
terminatur sententia primi libri.

a Ad pleniorem intelligentiam autem totius
primi libri dicimus quod totus primus liber
excepto prohemio habet quatuor partes principales
et viginti capitula. nam demonstratio quedam facit ad
scire non tamen quelibet facit ad potissime scire. unde
de demonstratione prius quis certare vel ut facit ad
scire loquendo de scire absolute vel ut facit ad scire
potissime prout unum scire est potius quam alterum. quatuor
ergo sunt partes principales in primo libro post prohemium.
nam in prima parte ostendit quid est scire et ex quibus et ex
qualibus sit scire. in secunda parte agitur ex quibus et qualibus
non sit scire. in tertia parte per comparationem facit de
principiis propriis et communibus et comparat hec principia ad ipsas
artes. in quarta parte agitur de scire potissimo
vel agitur de scire comparative per quod potius contingit
scire. prima pars primi incipit ibi. Si ergo est demon-
strativa scientia etc. secunda pars primi incipit ibi
Dico autem primum in unoquoque genere. tertia ibi. Sed differt
quia et propter quid. prima pars primi habet quatuor capitula.

flam i p° ca diffinit scire · et ostendit scire ad
demonstracionem · in secundo c° ostendit ex quibus contingit scire
ex prioribus et notioribus et veris et immediatis · in
tercio c° remouet quosdam errores circa scire quorum
quidam errabat dicentes quod non contingit scire · quidam
uero ponentes omnia esse scita per demonstracionem
in quarto autem c° diffiniuit scire et declara
uit ex quibus contingit scire ex prioribus et notioribus
et remouit errores circa scire · ideo declarat qua
lia sunt illa ex quibus contingit scire · scilicet non suffi
cit scire ex quibus contingit scire · ex prioribus et noto
ribus nisi sciatur qualia debent esse illa priora et noto
ra · quod debent esse de omni per se et secundum quod ipsum · et ulterius
de quibus omnibus agitur in quarto c° · in quinto autem c°
remouet errores aliquorum circa ipsum universale · uel circa ea
que dicta erant de secundum quod ipsum · sed de uni
sa autem pars primi libri in qua agitur ex quibus et quibus non
contingit scire diuiditur in tres · in prima que ponitur in p° c° agitur quod
non contingit scire ex hiis que aliter possunt se habere
in secundo quod non contingit scire ex hiis que sunt per accidens in
tercio quod non contingit scire ex communibus in quarto quod non contingit sci
re ex corruptibilibus et ex hiis que non sunt semper in
quinto quod non contingit scire ex quibus · Tercia pars principalis in
qua agitur de principiis habet quatuor ca · in p° ca di
stinguit ipsa principia in communia et propria · et quod que sunt
principia communia et que propria · in secundo autem comparat artes et sci
encias ad subiectum · et passionem · et ad ipsa principia communia
in tercio comparat artes ad principia propria · in quarto circa artes
doctrinales mouet questiones quasdam · Quarta autem
pars in qua agitur de scire potissime uel in qua agitur
de scire comparatiue ut eligatur quod sit scire po
tissime habet sex ca · in p° ca determinatur
de demonstracione propter quid et quia · ut eligatur que de
monstracionum propter quid et quia magis facit potissime sci
re · in secundo c° comparat primam figuram ad figuras alias
ut eligatur que figurarum prima · que magis facit
potissime scire quam figure alie · in tercio agitur de
sillogismo ignorancie ne deficiamus a potissime sci
re · in quarto de statu in predicatis ne credamus quod
sit in infinitum potissime scire · in quinto comparatur demonstra
cio universalis ad particularem · affirmatiua ad nega
tiuam ostensiua ad eam que est ad impossibile ut ostendatur
per quam contingat pocius scire · In sexto et ultimo compar
atur unum scire ad aliud scire et comparat scire ad ali
os habitus cognitiuos ut ostendatur quod scire sit pocius uel quod
scire sit pocius uel non pocius quam alii habitus cogniti
ui · Sunt igitur in toto viginti capitula · secundum ea
incipit ibi · Scire autem est scire ut possumus · Secundum ibi ·
in quibusdam igitur propter quid · Tercium ibi · quoniam autem impossibile
est aliter se habere · Quartum ibi · quoniam autem non latet ·
Sextum ibi · Si igitur est demonstratiua scientia · et ibi termi
natur pars prima principalis · et incipit secunda · Septimum ibi ·
accidencium autem non per se · Octauum ibi · non
igitur ex alio genere · nonum ibi · manifestum est autem quod si sint
propositiones · decimum ibi · quoniam autem est manifestum · undeci
mum ibi · dico autem principia in unoquoque genere · et ibi ter
minatur secunda pars principalis · et incipit tercia · xii.
ibi · Si autem proposicio · xiii. ibi · Si autem interrogacio
sillogistica · xiiii. ibi · quoniam autem geometrice interroga
ciones · xv. ibi · Sed differt quia et propter quid · et ibi termi
natur tercia pars principalis · incipit quarta · xvi. ibi ·
figurarum autem magis · xvii. ibi · ignorancia autem ·
xviii. ibi · est autem omnis sillogismus · xix. ibi · cum sit de
monstracio alia quidem · xx. et ultimum ibi · scientia autem
certior · possunt autem qui uellent adhuc ista capitula
diuidere in minora capitula sed de hiis non est nobis cure
talia enim prudentis lectoris iudicio relinquntur

Explicit liber primus: Incipit secundus:

Questiones autem sunt equa
les numero et cetera · hic liber secundus videtur
differre a primo · quia in primo agitur ex quibus
et quibus est demonstracio · et ex quibus
et quibus non est · et comparantur ibi demonstraciones ad inuicem ·
Docemur igitur in primo qualiter fiat demonstracio uel quid
est docemur de factione et de generacione demonstracionis
sed ut dicit in primo priorum in illo c° quoniam autem predicamenta in
medio non solum oportet generacionem sillogismorum considerare sed habere
potenciam faciendi sillogismos sic et in proposito dicemus quod non
sufficit scire qualiter demonstracio generetur et qualiter fiat
sed oportet nos habere potenciam faciendi demonstracionem · hoc autem potest
conferri nobis cum docemur inuenire principia et inuenire
medium ad demonstrandum · In primo igitur libro determinauit
auctor de generacione demonstracionis videlicet qualiter demo
stracio fiat et qualiter demonstraciones facte comparentur ad in
uicem · In hoc autem secundo agit de inuencione me
dii · medium autem in demonstracione potest dici omne illud per quod
concluditur aliquid · medium igitur in demonstracione et est medium
et est principium · et causa · medium quidem est · quia est id per
quod deuenimus in cognicionem conclusionis · principium autem et causa est
quia est causa inferendi uel causandi conclusionem · secundum hoc
igitur possumus distinguere duplex principium uel dicere medium
in demonstracione · unum eorum quod non ingreditur demonstra
cionem nisi secundum uirtutem et tale medium siue tale principium est dignitas ·
aliud quod ingreditur secundum substanciam · et tale principium siue tale medium
est diffinicio · Nam in demonstracione potissima semper medium est

dictio aliquid formam in termino habere, id est dicto primo. omni
ni est medius in demonstratione, dignitas quoque tamquam principium commune
et dictio tamquam principium proprium sunt illa per que tamquam per quedam
media devenimus in cognitionem conclusionum. volens igitur
philosophus facere nos idoneos ad posse faciliter demonstra
re instruit nos in libro isto et de dictione tamquam de principio
proprio et de dignitatibus tamquam de principiis communibus. totus igitur iste
secundus liber dividitur in partes duas. in primo agitur de
quod quid est, secundum de dictione vel de principio proprio. secundo agitur
de dignitatibus id est de principiis communibus ibi: De principiis autem quomodo
fiunt cognita. In tota prima intendit talem rationem: de
quocunque sunt omnes questiones et omnes dubitationes et
a quocunque dependent omnia scibilia et omnis scientia de
illo videndum est qualiter et ipsum scilicet demonstratio sed
quod quid est est huiusmodi igitur etc. Duo igitur facit in prima parte
quia primo declarat quod omnes questiones et omnes dubita
tiones sunt de quod quid est, et omnia scibilia et omnis scientia de
pendet a quod quid est. secundo ex hoc investigat et determi
nat qualiter demonstratio se habeat ad quod quid est ibi: Utrum
vero autem et quod quid est demonstretur. In prima parte intendit
talem rationem: questiones sunt equales scibilibus sed
omnes questiones sunt de quod quid est, igitur tota scientia de
pendet a quod quid est. tunc igitur ulterius arguitur sic: quod
cum demonstratio sit syllogismus faciens scire, si tota
scientia dependet a quod quid est, videndum est investigare
qualiter demonstratio se habeat ad quod quid est. tria igitur
facit in prima parte. et primo proponit hanc veritatem
videlicet quod questiones scibilibus sunt equales. secundo enumerat questiones
et exsequitur de eis et reducit omnes questiones ad quod quid est.
tertio epilogat et determinatam facit ibi: Que
rimus autem quatuor. tertia ibi: Quod quidem igitur omnia. Dicit
igitur quod questiones autem sunt equales numero hiis quecunque
vere scimus id est questiones sunt equales scibilibus.

q° Dubitaret forte aliquis utrum omnia scibilia sint
questiones. Dicendum quod quod est dubitabile aptum est questio.
omne autem vere scibile est dubitabile. nam scientia differt ab
intellectu, quia intellectus est habitus principiorum que sunt per se
nota et in que non cadit dubitatio. sed sunt tamquam ianue
in domo quam nullus ignorat. sed scientia est
habitus conclusionum. Quoniam ergo quodlibet ipsorum est per se notum
quia si essent per se note ad eas non esset ratio, et per consequens
non essent conclusiones. distinguendo igitur intelligibile a scibili
dicemus quod nullum intelligibile est questio. sed quodlibet tale est
per se notum. quodlibet autem scibile est questio quia quodlibet scibile est
dubitabile cum non sit per se notum. quodlibet autem dubi
tabile est questio. igitur et quodlibet scibile est questio. Ulterius forte

q° dubitaret aliquis utrum omnis questio sit quoddam scibile et videtur quod non
quia dubitamus et querimus non solum de scibilibus
et necessariis sed de opinabilibus et contingentibus aliter se habere.
Rursus non solum dubitamus de hiis que contingunt
et per causam que sunt vere scibilia sed de hiis que
contingunt per signa que licet non sunt opinabilia non
igitur omne quod est questio est vere scibile. Amplius non solum du
bitamus de hiis que sunt per se que sunt vere scibilia
sed de hiis que sunt per accidens. Dicendum quod scibile potest ac
cipi tripliciter quantum ad presens spectat. videlicet proprie, large
et magis large. proprie autem sunt scibilia quecunque sic sunt
conclusa quod sunt necessaria et per se, habitus enim conclusionum ne
cessariarum et per se dicitur proprie scientia. secundo modo potest accipi scibile
large pro omni habitu conclusionum vel pro cognitione cuiuscunque
non per se noti ut dicatur intellectus cognitio rerum per se
notarum, dicatur autem scientia cognitio quarumcunque rerum non
per se notarum. sive illa sint per se sive per accidens sive
sint necessaria sive possint aliter se habere. sive cogni
tio illa habeatur per signum sive per causam. tertio modo potest ac
cipi scientia magis large pro cognitione cuiuslibet rei sive
sit per se nota sive non sed de hoc tertio modo non est ad
presens. accipiendo igitur scientiam secundo modo ut solum excludit
cognitionem per se notorum tunc certum est quod solum hic scibile
est dubitabile et omne dubitabile est hic scibile. quia quod
non est per se notum non est dubitabile et econverso. sic
igitur exponemus literam philosophi ita quod li vere scimus
non excludat nisi cognitionem per se notorum ut sit
sensus: questiones sunt equales numero hiis quecunque vere
scimus, id est hiis quecunque non sunt per se nota. sed
si accipiatur scientia proprie tunc possumus dicere quod intendit
quod questiones sunt equales numero hiis que vere scimus
quia ut accipiantur questiones non ubicunque sed in rebus que
sunt per se, ut sit sensus quod questiones in rebus que
sunt per se de quibus spectat ad demonstratorem determi
nare sunt equales numero hiis que vere scimus. nam omnia
que sunt per se quedam sunt intellecta et ista sunt per se
nota et non sunt dubitabilia, quedam autem sunt
vere scita et omnia ista quia non sunt per se nota sunt
dubitabilia. In rebus igitur que sunt per se et solum
in talibus intendit demonstrator questiones sunt equales
numero hiis quecunque vere scimus. in talibus enim quot sunt
scibilia tot sunt dubitabilia et econverso. et tamen potest solvi
ad instantiam formatam conclusiones que sunt per accidens et que
contingunt aliter se habere et que solum per signum habent concludi
non sunt per se in hiis igitur que sunt per se non habet du
bitationem philosophus. potest autem et aliter solvi quia et [illegible]
[illegible] ad perfectum habet reduci per accidens igitur debet re
duci ad per se quod est per signum ad quod est per causam et quod potest
aliter se habere ad quod non potest aliter se habere. conclusiones
igitur per accidens et per signa et que possunt aliter se habere

dependens a uero scibili que sunt per se et per causam
ad que non possunt aliter se habere. omnis ergo que est ex
dam scibile uel est reducibile ad scibile. per tamen solo me
lior est. q° Vtrum forte dubitaret aliquis quare philosophus
incepit hunc suum librum a scientia et a scibilibus //
Dico quod cum instrumentum habet cognosci et diffiniri per
suum finem. cognito enim fine instrumenti statim scimus
quale debeat esse ipsum instrumentum et quale esse instrumentum
debeamus nos habere ut cognito fine serre quod
est secare dura statim scimus qualis debeat esse
serra quod debet esse ferrea et dentata et statim
scimus quod debeamus nos habere esse serram quod non
eodem modo scindit serra et gladius quod dentatur
et non dentatum non eodem modo scindunt. Sic cogni
to scire quod est finis demonstrationis ex hoc possumus
scire qualis debeat esse demonstratio et qualem nos de
beamus habere ad demonstrationem. cognito enim quod totum nostrum
scire dependet a cognitione medii sicut quod idem est a cog
nitione cause que est. statim agitur quod non possumus plene
determinare de demonstratione que est organum ordina
tum ad generandum scientiam nisi cognoscamus eam ad quid
est. Volens ergo philosophus comparare demonstrationem ad quid
quod est. incepit hunc suum librum a scibili uel a scientia.
ostendens quod omnia scibilia dependent a quid quod est et
quod sic est necessarium quod demonstratio faciat sci
re nisi cognoscamus eam ad quid quod est. q° Vtrum forte du
bitaret aliquis quare hunc librum non incepit tantum a sci
re uel a scibilibus. sed incepit ipsum a cognitionibus //
Dico quod quod est cognitio motus admirationis. quod nisi quis
admiratur uel admiratur desiderat scire ideo dicit
quod quod incepit a cognitionibus hunc librum ut primum
excitat nos ad desiderium sciendi. possumus etiam aliter
respondere et melius quod in hoc libro agitur de inventione
medii. quod autem venatur medium et vult ipsum invenire
non dum scit. sed dubitat et querit viam quomodo deve
niat in scientiam. demonstratio ergo incipit a dubitatione et
terminatur ad scientiam. demonstratio ergo est media inter
dubitationem et scientiam. prius ergo dubitamus et querimus
medium. inventio autem medio ordinamus ipsum in demonstrationem
per quam generatur in nobis scientia. dubitatio ergo est motus
ad quem motus mediante demonstratione tamquam medio
organo aptum natum est finiri et terminari ad
scientiam. dubitatio ergo precedit scientiam. est ergo intentio
philosophi quod in hiis que sunt per se. dicitur dubitat uolo
scire. similiter in talibus que sunt per se cognitiones sunt cau
ses nostro scire et dubitatio. ergo si vult scire oportet quod
sciat per demonstrationem. cum ergo omnis dubitatio et omnis scientia
dependeant a cognitione medii. et cognitione quod quid est.
nullus potest motum sue dubitationis finire per de
monstrationem et pervenire ad scientiam nisi sciat qualiter de
monstratio se habeat ad quid quod est. bene ergo philosophus hunc suum
librum incepit a cognitionibus et a scibilibus ut ostendat quod
tam cognitiones quam scibilia dependent a quid quod est. et
ut ex hoc ulterius habeat quod oportet demonstrationem comparare ad
quid quod est. cum omnis cognitiones eius demonstratio determinat
et omnis scientia quam demonstratio generat dependet a quid quod
est. prius autem incepit a cognitionibus quam a scibilibus quod in
inveniendo medium de quo agitur in hoc libro prius dubita
mus et postea scimus. utile est ergo esse et dubitare sed
utilius est scire. tota tamen utilitas tamen dubitationis est
scire a quid quod est dependet ideo quod demonstratio ad quid quod
est comparanda est. q° Vtrum autem quod diximus quod du
bitare est utile dubitaret forte aliquis utrum de si
gulis sit utile dubitare. Dico quod hec dubitatio
non potest esse de eis de quibus non possumus dubitare
ut si quis quereret utrum esset utile dubitare de prin
cipiis ipso facto quod esse nulla. quod in principiis est per se
et propter de talibus dubitare de hiis in que sunt
sufficienter comprehendimus ad sensum non possumus du
bitare nisi careremus aliquo sensu uel in de quo
dubitaremus numquam fuissemus in sensu ut si quis dubi
taret nivem esse albam uel careret visu uel numquam
quod vidisset nivem. loquendo ergo de hiis de quibus pos
sumus dubitare dicemus quod dubitare idem est
quod incertum esse. Sicut ergo duplex est certitudo ita duplex
potest esse dubitatio est enim certitudo ut communiter distinguitur quedam
adhesionis ut cum quis ita firmiter credit et ita
firmiter adheret quod nullo modo dubitat quin sic
sit. alia est certitudo speculationis cum quis ita clare
videt et speculatur aliquid quod certum est. sic esse. cum ergo queri
tur utrum sit utile dubitare de singulis di
cit quod de dubitatione adhesionis de hac du
bitatione non loquitur philosophus. attamen quedam sunt quibus debemus
ita firmiter adherere quod non habet nobis de illis dubi
tare. cuiusmodi sunt ea que sunt fidei. Sed si loquimur de
dubitatione speculationis sic dubitamus non
habet omnimoda ignorantia. de hoc de quo du
bitat quod si omnimoda ignorantia haberet nulla
certitudo dubitaret sicut nisi rusticus dubitat utrum dyp
ameter sit assymeter coste. de quo habet omnimoda ig
norantia utilis ergo esset de re plena cognitione
habere non tamen est inutile dubitare. vel aliquam
cognitionem habere antequam scimus et antequam perveniamus
in scientiam utile est de illis dubitare. et de illis
aliquam cognitionem habere ut sic dubitando ad
miremur et admirando possumus in scientiam devenire

Deinde cu d. qrim aut. enumat hic qones ec q duo facit qr p enumat qones. So oms qo nes enumatas reducit ad q q est. ibi qrim q. ec p da facit. qr p enumat hic qones dicens qd ee qtuor. So qsde de hiis illaz. tcio epilogat eo determinata sa ibi cu qrib. n. ut. etia v que qde q. d. g qrim aut qtuor. i. qtuor st dubitabilia videlz qr est. pp q est. si est. i q est. Illo aut qr i de duo qrit ul est sip ul est q cpo. si est sipler de eo cu d qo. vna ut sit i hanc appllat. si est. a q sit. i hanc appllat q est. i alia est qo no de sipli n de re ut significat qd h se. sz de cposito qrit dz ad ee talia. i deli no potie i ee n dup qo v na ut h sit i illo i hanc appllat qr est. i. qr i est. ul qr est i illo alia qo cu pp q est. i. pp q sit i illo i tia cu sciml ad ee talia qrim pp q sit i illo i hanc appllat pp q est. qtuor g sut qones due sipliees. si est. i q est. i due cpo. qr est i pp q est. Illo i qr qo sip diffet a qde cpo. qr qo sipler qrit ee sipli. ut si qrem de hoie ul de qlz alio si est. h est qre sip de ee ei ut hret ee sz qo cpo no qrit ee sip. sz qrit ee ad siu ee l pte qrit. n. ut h sit h. ut ho sit albus ul ut luna eclipset. h no est qre sip. ut luna sit. sz ut luna sit tale q pacit eclipsim. Deinde cu d. cu qde ei. qse de eis qde ec q. d. f. qr p qse de qonibz cpoitas i pone tibz inuem que sut qones p h i a ad siu sim pte enmodi sut qr est i pp q est. So qse de qonibz siplicibz videlz de si est. i q est. ibi q dam aut a m. ec p. d. f. qr p qse de qde qr. so de pp q ibi cu aut d. d g. cu qde n. sup. qrim ut h an sit h ut ut an h pre i sit ta h illo. qrim ponetes inuim. i. facim qonem cpoita ut sup si qram ut sol deficiat aut no. qrim ipm qr. i. facim qonem cpoita qrim n. ut deficiat sole sol. sig aut h na inuen tes ei qr deficit pausam. i. cessat talis qo ul cessat talis mot dubdis i sodit qr i si i pir. i. an qonem statim sciem qr deficit sup sol. no qrem ut sup deficiat g cu qrim ut sol deficiat sig est q p hanc qonem volu m scire hanc vitate qr sol deficit qr si scire m sole defice. hoc no qrem i pp q h scim qr deficit pausam. i. desistim h qre. g talis qo dz vocari qr. Deinde cu d cu a determinat de qde pp q dicens cu aut scim qr. qrim ipm pp q. ut scientes qr deficit luna i qr mo eta sup. ad cent ul ad me. qrim i pp q deficit sup luna i pp q mo eta sup. ad me i sodit q hee qde g sic sup qreno ul sic tellige qri qr. f. sut qones cpoite. Deinde cu d. qda aut. qse de qonibz siplicibz ec q d. f. qr p qse de si est. so de q est. ibi cgscentes aut. d g q queda aut qrim a m. i. sip no p qonem cpoitam i ponete inuem. ut sup cu qram si est aut no est centhauru aut deus i sodit h aut si est. aut no est dico i. applo sip sz no sup applo sip sz no sup applo ee sip. si est al bus. aut no est albus. si n. qro ut centha urus sit. qro de ee centhauri sip. sz cu qri t ut sit albus ul no sit albus no est qo de ee ei sip sz de ee tali. Illo aut q forte pcedit tellit alicq figmeta sic yrcoceruus i chymera qda figmeta noiatur talia. n. hnt minimu de ee tales g qones si res est ul non est possut fi de no entibz sip ut de figmetis i possut tales qdes fi de habentibz maxie ee. ut de i corruptibz. io phs volens qtificare de qde si est. qtificauit de centauro i de deo q aut tal qo videlz si est possit fi de hiis. que hnt maxie mo ee. ut de hoie i de leone i de aliis corrupt que n sut figmeta n hnt maxie ee nulli dz ee dubiu. Deinde cu d. cgscentes aut. qse de q est. dicens cgscentes aut qr est. i. si est qrim q est ut sup scientes si deus est. si ho est. qrim q est deus aut q est ho. Dubitaz forte alis ut de figmetis possz fi h qo videlz q est. Ad q q est. vno mo est p cogtco alio m est qo. Ilam q est q dz pn est p cogtco nu significatu noim debent p supponi i hiis libz scia. ad talia n. no est io eo q sut ad placitu. qdes g de qbz h phs lo no sut qdes de q nois. qr talia no sut vere scita n sut vere cclusa. talia tan sz sut qdes de q rei. sz lz q nois sit entiu i no entiu qr ipa figmeta possut hre q no minis. tn q rei no est n entiu cgtco. n. q ad est lo de q rei. p supponit qonem si est. fig mentor aut tal qo ee n p fictive g phs i exemplo de qde si est. qtificauit de centauro qr q possu m tellige qd figmetu qr tal p ee i figmentor sz exemplo de qde q est n qtificauit n de entibus

ut de hyle et de deo. quia talis questio ut hic de eo de quo agitur non est eadem cum ea propter quid. possumus autem per deum intelligere celum vel ad litteram ipsum deum. Licet ipsi deo non competit diffiniri quia ei non competit finiri non habet finem neque terminum sed hoc non obstat quin de eo possit queri quid est. Nam sicut per questionem si est de eo quod non habet esse ita per questionem quid est de eo quod non habet diffinitionem. Nam ulterius questio presupponit id quod queritur. questio ergo si est quia querit de esse non presupponit rem esse sed per se designat. Sed tamen questio quid est loquendo de quid rei hoc presupponit rem esse. quia non potest esse nisi ens. non tamen presupponit id quod queritur per questionem si talis questio de non habentibus diffinitionem vel possumus dicere quod accipitur hic quid est large secundum quod modo de ipso deo respondemus ad quid. ut si queratur a nobis quid est deus. dicemus quod est id quo maius cogitari non potest. Deinde cum dicit *que eadem ergo*. epilogat esse determinata dicens quod eadem ergo querimus et que invenientes scimus hec et tot sunt. videlicet quatuor. duo simplicia et duo composita. dicit autem quod que querimus hec invenientes scimus quia questiones sunt equales numero scibilibus. de scibilibus enim primo dubitamus et tunc querimus postea illa eadem invenimus et tunc que querendo dubitamus inveniendo ea scimus. dicit etiam quod hec et tot sunt. quia ipse non solum docuit nos de questionibus que sunt numero sed etiam que sunt secundum esse quia omnis questio vel est de si est vel de quid est vel de quia est vel de propter quid est. Deinde cum dicit *querimus autem*. enumeratis questionibus reducit omnes has questiones ad questionem unam videlicet ad questionem de medio esse quod dicens. Nam cum sint quatuor questiones primo reducit has quatuor ad duas videlicet ad si est medium et ad quid est medium. secundo reducit has duas in unam. ibi. *ca. qde ei.* esse primum ea facit. quia primo facit quod dictum est. secundo quia mentionem fecit de esse in parte et esse simpliciter. exponit se quod appellat utrumque. tertio concludit conclusionem intentam videlicet omnem questionem esse duplicem. quia per omnem questionem queritur si est medium vel quid est medium. secunda ibi. *dico autem*. tertia ibi. *quia igitur*. dicit ergo quod querimus aut cum querimus quia est querimus ad questionem compositam aut si est simpliciter querimus ad questionem simplicem utrum sit medium ipsius aut non. et dicit quod hee due questiones quia est in compositis et si est in simplicibus non faciunt nisi unam questionem videlicet utrum sit medium vel si est medium et iterum quando cum autem cognoscentes sumus aut quia est. scilicet medium aut si est simpliciter medium aut in parte aut simpliciter. tunc querimus propter quid est. querimus ad questiones compositas aut quid est querimus ad simplices et tunc querimus quid sit medium. quare dicit quod hee due alie questiones videlicet propter quid est in compositis et quid est in simplicibus non faciunt nisi unam questionem videlicet quid sit medium. tunc ergo est supplenda id. quia si est quia est non faciunt nisi unam videlicet si est medium et si quid est et propter quid est non faciunt nisi unam aliam videlicet quid est medium. omnes hee quatuor questiones non sunt nisi due videlicet si est medium et quid est medium.

Glosa autem quod hic quod dicit cognoscentes aut aut quia est aut si est aut in parte aut simpliciter potest dici legi. primo ut referantur singula singulis ut in parte referatur ad quia est et simpliciter referatur ad si est. ut sit sensus cognoscentes aut quia est. quod idem est quod aut in parte aut cognoscentes si est quod idem est quod aut simpliciter tunc in parte querimus propter quid in simpliciter quid. quod sit aut in parte et quid simpliciter dicitur. vel potest aliter legi ut quod procedit accipiatur quia est et si est. Nam sicut cum dixit cognoscentes quia est querimus quid est et quia est diuisit si est tunc ergo cognoscens quia cum cognoscimus de aliquo quia est vel si est in vel in parte querimus ad questiones compositas vel simpliciter querimus ad simplices tunc hic secundo scimus si est medium et querimus utrum quod in simplicibus et propter quid in compositis ut sciamus quid sit id medium.

Dubitaret forte aliquis. quando si est et quia est querit si est medium et quid et propter quid querit quid est medium.

Quod quia si est et quia est non differunt nisi quia si est querit esse simpliciter ut si est luna aut homo. sed quia est querit esse in parte quia querit ad de aliquo. ut querit passionem de subiecto. vel quia quod quia predicatum non est. questio quia est querit utrum homo sit simpliciter. sed utrum sit risibilis vel utrum sit ad quid et sic differunt si est et quia est. quia quod una querit in simplicibus alia querit in compositis. Sic differunt quid est et propter quid est. quia quod querit quid est in simplicibus querit propter quid in compositis. hoc viso dicamus quod nulla questio de qua hic agitur querit de principiis vel de causis secundum se. sed querit de causatis vel de principiatis. Nam principia non sunt vestita. immo sunt intellectus questiones ergo que sunt equales numero hiis que sunt de scimus non sunt de principiis secundum se. vel si sunt de principiis hoc est in ordine secundum principiata. per se ergo querimus solum de causatis et de principiatis esse autem causarum sive illa causa preexistit. nisi simplicius sive nisi composito est ex suis causis dubitare ergo de aliquo causato an sit. est dubitare an habeat causam suam esse. excepto non suppositum tamen de simplici quod de composito quod est quod causatum. quia aliter non esset quod dubitacione cum esse causa non sit nisi excausatum. dubitare an causatum sit. est dubitare an sit causa et per consequens an sit medium. quia causa est medium ad inferendum suum causatum. ergo sive querimus quia est ut in compositis sive si est ut in simplicibus semper querimus si est causa et si est medium. Rursus cum scimus causatum habere causam tunc querimus quid sit illa causa. quia querendo in simplicibus quid sit id causatum et in compositis hoc querendo querimus propter quid sit tale causatum. Nam scire causam quedam simpliciter sit hoc est scire suam quiditatem per quam simpliciter

2

est sicut in topicis et ideo proponit quod hic intelligit. Hic est sciendum quod
sicut causa talis invenitur, ergo sicut si est in simplicibus et quid est
in compositis quaerit si est causa vel si est medium, ita quod quaestio quae est
in simplicibus et quod in topicis quaeruntur quia si illa causa et
quid sit ipsum medium. Omnis ergo quaestio est de medio vel de causa in ordine
ad causata, nam de causis et de principiis secundum se non possunt esse quaestiones
talia per se sunt per se nota et talia secundum se non sunt sensi-
bilia sed intelligibilia. Sed licet principia secundum quod huiusmodi sunt per
se nota, non tamen est per se notum quando causa coniunguntur
in principiis. Ideo omnis quaestio est de ipsis causis et de ipsis principiis
in ordine ad causata et ad principiata.

q°. Dubitaret
forte aliquis quando omnis quaestio est de causa in ordine ad causata vel
de principiis in ordine ad principiata sive de medio in ordine
ad conclusiones. Dicendum quod cum causa probatur per sua causata vel
cum quod aliquid demonstratur per aliqua principia vel per aliqua media quaere-
mus de illis principiis et de illo medio utrum possit demonstrari
vel non, quia si possunt demonstrari non erunt principia simpliciter
sed habent alia priora principia. Principia autem simpliciter sunt inde-
monstrabilia et talia quae sunt per se nota vel quasi
per se nota. De talibus ergo secundum se non est quaestio quia non sunt
dubitabilia, sed licet non sit quaestio de ipsis mediis
vel de ipsis principiis secundum se, quaestio tamen est de eis secundum ordinem
ad causata et ad principiata vel ut magis proprie loquamur omnis quaestio
est de ipsis principiis et de ipsis causis prout ad ea or-
dinantur principiata et causata vel omnis quaestio est de ipsis me-
diis prout ad ea ordinantur conclusiones. Dicendum ergo quod in no-
bis est duplex modus: unus dubitationis et iste incipit ab
effectu et tendit in causam. Iste ergo modus non quaerit
nisi invenire causam, et ideo omnis quaestio debet esse de ipsa causa vel
de ipso medio. Alius est modus certitudinis et iste inci-
pit a causa et tendit in effectum. Habentes enim effectum du-
bitamus et quaerimus causam, cum autem iam habemus causam per
causam iam certificamur de effectu et per certitudinem tendi-
mus in effectum. Idem cum dicit: Dico autem. Exponit
se quid appellat in parte et quid simpliciter dicens: dico autem quod
est aut si est in parte aut simpliciter. In parte quidem ut utrum
deficit luna aut augetur. Sed non est quaestio an non
est ad hoc quaerimus, quasi dicat quod sic loquendo non quaerimus si luna
sit simpliciter, sed si sit ad tale vel non sit ad tale ut
puta si est quod augmentatur vel ad deficiendum vel non. Et
aliquid hoc respondet quod simpliciter autem est super quaestio si est
aut non est luna aut nox, id est aut si est vel non
est. Cum enim quaerimus de luna vel de nocte si est vel
non est quaerimus de esse eorum simpliciter. Idem cum dicit:
Contingit itaque. Concludit conclusionem intentam videlicet quod omnes
hae quaestiones non sunt nisi duae videlicet si est medium et
quid est medium. Ideo autem quod contingit itaque in omnibus his quaestionibus id est
in omnibus his quaestionibus quaerere super duo: aut si est

medium aut quid est medium etc. Postea: Causa quidem enim. Philosophus omnes
has quaestiones reducit in duas vide-
licet ad si est medium et ad quid est medium. In
parte ista reducit omnes quaestiones ad quaestionem unam in
propter quid. Sciendum quod licet omnes quaestiones non possunt redu-
ci ad unam, hoc est propter differentiam quae est inter eas, secundum
si non essent quaestiones differentes omnes quaestiones essent
una quaestio. Sed ergo dubium est de unitate, hoc est propter
differentiam quae est inter eas. Possumus autem dicere quod
inter has quaestiones est triplex differentia. Una differentia est prout quia est
comparatur ad propter quid est. Alia differentia est prout quia est
comparatur ad quaestionem si est. Tertia differentia est prout quid est
comparatur ad propter quid est. Possumus autem et assignare quartam
differentiam et quintam et sextam, sed de his in aliis dicetur. Ad
propositum autem Philosophus volens probare omnes has quaestio-
nes esse unam quaestionem quia [illegible] quaestio ad quam aliae quaestiones com-
parantur unam et eandem quaestionem dicitur. Et facit tria:
primo ostendit quod est una quaestio quia est et quid est, secundo quod est
una si est et quid est, tertio quod est una quid est et propter
quid est vel quod idem est in tenendo quia est. Unde dicit quod omnes
hae quaestiones sunt una quaestio et quia haec unitas non tollitur
ex eo quod quia est differt a quid est, nec ex eo quod quia est differt
a si est, nec ex eo quod quid est differt a propter quid est. Secunda
ibi: Causa enim ipsius. Tertia ibi: In omnibus enim his. Dicit ergo quod
causa est idem id est medium est, quasi dicat quod in demonstrationibus idem
est medium et causa, et respondet quod in omnibus scilicet quaestionibus haec quaeruntur
scilicet medium et causa. Ergo omnes quaestiones sunt una quaestio et quia omnes
hae quaestiones sunt una quaestio hoc ostendit ex eo quod sunt eadem
quaestio quia est et quid est. Unde respondet ut utrum deficit id est quaestio illa
quae quaerit utrum luna deficiat utrum sit medium aliquid
aut non. Postea hoc scientes quia est scilicet medium quid ergo sit
hoc id est illud quaerimus. Ergo tamen quaestio quia est et quid
est possunt dici una quaestio quia utrumque est quaestio me-
dii, licet aliter et aliter. Idem cum dicit: Causa enim ipsius.
Dicit quod omnes hae quaestiones sunt una quaestio quia idem quaero
quia est et si est. Et quod dicit quia primo facit quod demonstratum est
secundum rationem fecit de esse simpliciter et de esse aliquid
quaerit de utroque ibi: Dico autem simpliciter. Dicit ergo quod
medium est id est causa ipsius esse non hoc aut hoc sed simpliciter substantiam aut non
simpliciter, sed ad eorum quae sunt per se aut per accidens, quasi dicat quod si
quaeratur esse simpliciter eiusmodi quaerit de subiecto quod non est esse
hoc aut hoc; sed est esse simpliciter si quaeratur esse non simpliciter sed esse
ad id est secundum quid, quando est esse eorum quae sunt per se vel per accidens
secundum omnibus talibus causa quae quaeritur est ipsum medium. Ergo omnes
tales quaestiones sunt una quaestio scilicet quaestio medii. Dico autem
quod de subiecto [illegible] ad simpliciter vel non simpliciter ut de luna
[illegible] ad simpliciter ut cum non quaeritur utrum sit hoc autem

q°

sit hoc

sit hoc, utrum videlicet sit eclipsata vel non, sed utrum sit semper, et tunc est questio si est. Aliter de sole ut de luna propter quid non semper, ut cum queritur de ea ad eorum que sunt ei per se vel per accidens, et tunc est questio quia est. Sic ergo queratur de luna utrum ad esse semper, sive utrum ad esse ad semper queratur cum et medium hic esse, ergo questio quia est, et sic est una questio videlicet questio an est vel questio medium. ¶ Dubitaret forte aliquis quomodo demonstratio possit uti hiis que sunt per accidens. ¶ Dicendum quod sicut in esse per se habet fieri certum ita in esse non per se habet fieri certum; nam sicut affirmatio est causa affirmationis et negatio causa negationis, ita si habere per se angulos est causa quare per se habet tres, et non habere per se angulos est causa quare non per se habet tres. Dicendum non quod licet idem sit triangulum et prime figure, nam triangulum est prima omnium figurarum rectilinearum quia in ipsum resolvuntur omnes figure tales, licet tamen non obstante quod idem sit prime figure et triangulum, accidit triangulo habere tres in eo quod triangulum, non in eo quod prime, ita quod accidit prime figure habere tres. Nam triangulo habere angulum extrinsecum per se et sic quod ipsum non sit quod prime figure quia hic ergo possit fieri demonstratio quod triangulum habet tres per se et quod prime figure per accidens est, nam per demonstrationem talem quia per se habet angulum extrinsecum per se habet tres, triangulum est huiusmodi, ergo et cetera. Secunda autem demonstratio esset talis: cuicumque accidit habere angulum extrinsecum accidit habere tres; prime figure est huiusmodi, ergo et cetera. Ex quo patet quod sicut scientia est de corruptibilibus eodem modo ut de eis sunt incorruptibiles et immobiles rationes, ita scientia demonstrativa potest uti hiis que sunt per accidens, prout in talibus inveniuntur. Ad per se, sicut est per se et per id quod per se habet angulum extrinsecum quod per se habet tres, ita est per se quia cui accidit habere talem angulum quod ei accidit habere tres; cum ergo habere per accidens tres est cum habere per accidens angulum. Sive ergo queratur de re quia id esse semper sive non quia ad esse semper, sed per hoc esse sub aliqua passione sive illa passio insit per se sive per accidens, semper in omnibus talibus queritur medium et causa, et omnes tales questiones sunt una questio. ¶ Idem enim dicit. Dico autem semper quod fecerat mentionem de esse semper et de esse ad sic de esse quia, sive hoc quia, exponit quid sit utrum dicens: dico autem simpliciter solem vel lunam aut terram aut triangulum, id est tunc queritur de sole utrum ad esse semper cum queritur de luna per se vel de terra vel de triangulo, et sic dicit quia autem est, id est tunc queritur de aliquo quia, id est secundum quid et secundum partem, cum queritur defectum utrum ad lunam non utrum sit semper sed utrum deficiat vel non deficiat ex vicinitate terre, vel utrum ad triangulum ut cum non queritur de triangulo utrum sit semper sed utrum habeat duobus rectis equales vel non equales, et si in medio sit autem non queritur ad triangulum utrum insit ei ista passio, scilicet esse in medio vel non.

¶ Iterum cum dicit Et si ex contrario. Ostendit quod non debet probari diffinitio per diffinitionem diffinitionis accipiendo diffinitionem oppositam, ut non potest probari aliquid esse diffinitionem boni per diffinitionem mali esse. quasi diceret quod post [illegible] apponit quod intendit. [illegible] manifestatur appositum ibi hoc autem accipiens. Dicit ergo Et si ex contradictione autem, id est quod supponere ut supponendo diffinitionem unius contrarii demonstret suam diffinitionem de alio contrario ut si [illegible] in esse divisibile esse, id est si illa est diffinitio mali esse quod divisibile, contrario autem contrarium esse in talibus utrumque est contrarium, bonum autem est malo contrarium et indivisibile est contrarium divisibili, ita quod sic est boni esse, id est diffinitio boni indivisibile, id est erit esse quod indivisibile. quasi diceret quod in talibus utrumque est contrarium. Hec est regula generalis quod sicut in contrario est contrarium, sed ergo bonum et malum sunt contraria et divisibile et indivisibile contraria, si esse divisibile est diffinitio mali contrarii erit diffinitio contrarii, id est esse indivisibile erit diffinitio boni. ¶ Similiter autem quod hic ex [illegible] philosophus modo [illegible] posuit enim [illegible] quod unum quod convertitur cum ente erit idem cum uno quod est principium numeri. Ideo posuit [illegible] esse [illegible] et quod [illegible] incipit a recessu a [illegible] et ab unitate posuit quod quid erat esse boni et unitatis et quod quid erat esse mali et divisibilitatis. Supposito ergo quod esse divisibile predicetur de malo in eo quod diffinitio concludetur quod esse indivisibile predicetur de bono in eo quod diffinitio. Potest ergo probari de aliquo apposito diffinitio in eo quod diffinitio supposito diffinitionem oppositam, sed cum quod hic dicit bonum in [illegible] secundum veritatem quod simpliciter hoc idem bonum et divisibile secundum [illegible] hoc idem mali. ¶ Iterum cum dicit Hoc autem accipiens probat quod non possit hic nisi probari diffinitio de diffinito esse. quasi diceret quod probat hoc per idem principium ad ipsam diffinitionem quod ad diffinitionem illi ad utrosque. Dicit ergo accipiens enim hic, id est accipiet diffinitionem demonstrat quod quid erat esse, id est demonstrat diffinitionem. quasi diceret quod talis probatio non est competens quia petit probare enim diffinitionem per diffinitionem et quod possit aliter dicere quod hic potest fieri quod concludat

diffinitio per diffinitionem id est sillogizet quod accipere autem ad demonstrandum quod quid erat esse. quasi diceret quod possumus accipere quod quid erat esse, id est diffinitionem tamquam medium ad demonstrandum aliquid alterum tamen sit vel verius sed alia [illegible] et melius alterum tamen sit, id est ita tamen quod medium acceptum sit quid alterum ab eo quod concluditur et sillogizatur quod et enim in demonstrationibus est sumere omnino [illegible] medium quod est diffinitio quoniam est hic de hic, id est passio vel diffinitio passionis predicatur de subiecto, sed non ipsum, id est sed non est idem ipsum medium quod conclusio, neque est sumere ipsum medium idem cum est ipsa idem sumere eadem. quasi diceret quod ipsum medium non debet esse eadem ratio cum ipso conclusio ita quod non sit magis notum. Sed sit [illegible] vel eodem minus notum medium sit conclusum et sillogizatur et convertitur, id est hic posito sicut quod medium convertatur quod non debet fieri nisi non debet esse medium id quod convertitur cum conclusione ita quod eque bene possit per conclusionem ostendi medium sicut econverso. tunc ergo est supplenda id quod cum per diffinitionem unius contrarii possit eque bene ostendi diffinitio alterius contrarii sicut econverso vel cum non sit magis notum quod divisibile sit diffinitio mali quam indivisibile boni, non econverso non potest per unum ostendi aliud. ¶ Iterum cum dicit Ad utrosque. adducit aliam rationem communem tamen ad diffinitionem quam ad rationem demonstrative et ad sillogismum sic videlicet secundum diffinitionem eadem oppositio, id est idem modus arguendi in utrisque videlicet probare quod est homo animal bipes gressibile sed non animal et bipes. quasi diceret quod hic via divisiva nisi via accipiens que competit conclusio concludere diffinitionem esse quid unum nunc non magis concludit hominem esse animal bipes quam animal et bipes sillogizat quod ex acceptis enim nec una necessitas est unum fieri quod predicatur sed utrumque sicut homo idem est grammaticus et musicus. quasi diceret quod diffinitio dicit quid unum nulla autem istarum viarum concludit quod id quod predicatur sit quid unum. ergo nulla talis via concludit quod id quod predicatur sit diffinitio in eo quod diffinitio. ¶ Dubitaretur forte aliquis quod videtur [illegible] quod via divisiva non concludat diffinitionem esse quid unum. Similiter si fiat divisio secundum duas [illegible] diffinitio accepta denotatur dicere quid unum. Rursus et via diffinitiva accipiens diffinitionem contrarii hic idem fiet. Similiter si diffinitio contrarii dicit quid unum oportet quod et contraria diffinitio dicat quid unum. ¶ Dicendum quod nulla via concludit diffinitionem esse quid unum et quod dicitur de divisione per duas [illegible] dicendum quod dua [illegible] bene faciunt unum cum eorum est duas sed quod fiat hic non unum non habetur ex divisione in eo quod divisio sed ex eo quod divisio habet esse tale [illegible]. divisio enim facta secundum [illegible] et per duas [illegible] et [illegible] tales una ergo divisiva cum possit fieri divisio utrisque non magis habetur ex acceptis per divisionem quod homo sit animal bipes quam quod sit animal et bipes, id est non magis [illegible] quod animal et bipes dicunt unum actu et sunt unum per se quam quod dicant plures actus et sunt unum per accidens. Sed enim acceptum per divisionem potest esse unum per accidens sicut homo est unum per accidens cum grammatico et musico. Quod non addebatur de diffinitione contrarii dicendum quod non magis notum est // hoc

quod esse difficile sit demonstracio mali quam esse difficile boni arguendo scilicet quod in omnibus huiusmodi contrariorum sicut est contrarium in contrario in veris et in contrariis habitibus. Sic in accidentibus dummodo tamen sint per se accidencia contraria via arguendi idem modi arguendi quod accipere sint contrarie contrarietates non erit nobis magis notum quam accidentales potest esse scilicet nobis innotescere. Si alia via sed ipse modus arguendi non nobis de hoc patefaciet ex ipso ergo modo arguendi non magis habetur quod concludat diffinicionem sicut quid unum quod quod est prima valet ergo hec obiecio quod non via divisiva nec diffinitiva concludat diffinicionem ut diffinicio, quia diffinicio ut diffinicio est quid unum, contingit autem via sufficienter habere quod id quod concluditur sit quid unum.

Io q Qualiter igitur diffiniens etc. Postquam philosophus exsecutus est de questione videlicet quorum est diffinicio utrum sit eorum quorum est demonstracio et de tercia videlicet quid est diffinicio utrum sit idem quod demonstracio et de quarta videlicet quis sit modus inducendi diffinicionem utrum via sillogistica reduplicativa aut divisiva aut diffinitiva. In parte ista ut dicebatur vult exequi de quinta prima utrum quod quid est demonstretur. Propter quod sciendum quod demonstracio est duplex, ad sensum et ad intellectum. Et ad sensum duplex, indemonstrativa et non indemonstrativa. Demonstracio autem ad sensum non indemonstrativa verbi gracia induccio. Similiter in induccione quod sensus ostendit in hoc et in illo sic esse et ex hoc arguit in omnibus ita esse. Verbi gracia contingit quod dicta demonstracio est sic sensus procedens. Demonstracio autem ad sensum non indemonstrativa potest fieri ut si quis sensu ut puta visu ostendit sibi sic esse, ut si quis nunquam vidisset nivem et dubitaret eam esse albam ad sensum et sensum visus ostenderet ei sic esse, ut puta si portaretur nix coram eo et diceretur ei respice quam est alba. Vel possibile est talem demonstracionem fieri digito ut si quis nunquam tetigisset ignem possibile est ei digito demonstrari quod esset calidus vel etiam possibile est ex possibili quod si referatur ad tactum possibile est scilicet alicui sensui demonstrari non ad sencientem tangendo ipsum digito. Autem refertur ad visum ut quod potest aliquis digito ostendi ad quod ut videat illud. Demonstracio autem ad intellectum fit per diffinicionem quia medium in tali demonstracione est diffinicio. Dico ergo sic philosophus quia post ostendit quod non demonstratur ad intellectum nec ad sensum potest demonstrari quod quid est. Secundo specialiter adducit raciones quod non possit demonstrari demonstracione ad intellectum ibi amplius quomodo monstrabit. Et post dicit. Et post ostendit quod non potest demonstrari quod quid est demonstracione ad intellectum. Secundo quod nec demonstracione ad sensum ibi nec sic adducens. Dicit ergo quod qualiter ergo diffiniens id est qualiter demonstrans demonstracione ad intellectum cuius medium est diffinicio monstrabit id est demonstrabit substanciam id est essencialem diffinicionem aut quod quid est necesse est scilicet sic demonstrans ex veris primis et immediatis sicut monstratum est supra quod quid est videlicet quod necesse est cum sint illa supposita primo aliquid esse id est conclusionem et sequitur demonstracio id est hoc est quod dico quod in hoc stat ista demonstracionis quod accipiat quedam certa et nota prius ex quibus de necessitate sequitur aliquid aliud scilicet conclusio. Hoc autem modo videlicet demonstrative et per certa et non ea non potest demonstrari quod quid est. Hoc quod quid est. Si enim si concluderetur quod quid est in eo quod quid est oporteret quod in premissis acciperetur eodem modo quod quid est. In eo quod quid est tale ergo esset medium. Et hoc autem non esset precedens quod certius et notius quia cum conclusiones sint dubitabiles esset et medium dubitabile.

q° Dubitaretur forte aliquis quia verum quod id quod hic dicitur sit idem cum eo quod supra dicebatur. Solucio idem est utrum diffiniens possit demonstrare quod quid est. Quod dicitur hic quod contra et utrum ipsum quod quid est sit sillogismus reduplicativus qui accipit premissas quod quid est in eo quod quod quid est vel sillogismus diffinitivus qui accipit premissas diffinicionem diffinicionis vel diffinicionem diffinitam quod totum fuit demonstratum supra quia omnibus scilicet hiis modis diffinicio ostenditur diffinicionem eo modo quo potest esse scilicet ostendi. Et quod ostendere diffinicionem per diffinicionem non est possibile. Quod declarat philosophus primo in sillogismo reduplicativo, secundo in sillogismo accipiente diffinicionem diffinicionis, tercio in sillogismo accipiente diffinicionem diffinitam contrariam. Et ideo hic textus nunc exponitur aliter quam supra et aliter. Solucio diffinicio dicitur primo accipi vel large pro omni descripcione prout non aggregat scienciam sed opinionem vel aliquid prout ea utitur demonstrator et prout aggregat scienciam primo ergo videlicet loquitur de diffinicione large et generaliter hic prout ea utitur demonstrator sive non cum illo modo quod quid est. In eo quod quod quid est possit demonstrari sed textus nunc exponitur loquitur de diffinicione prout ea specialiter utitur demonstrator quod quid est ergo hoc quod hic non potest concludi per diffinicionem prout diffinicio pertinet ad sillogismum generaliter sed sillogismus ille sit demonstracio sive non nec potest concludi per diffinicionem prout diffinicio illa specialiter spectat ad demonstracionem. Ergo secunda sua locucio de diffinicione patet quid differt ab aliis locucionibus precedentibus tres autem precedentes locuciones de diffinicione patet in quo ad intencionem diffinicionis. Prima ergo locucio cum dicitur ipsum utrumque quod quid est loquitur de diffinicione diffinita utrum per diffinicionem hominis vel cuiuscumque alterius hoc quod hic possit demonstrari diffinicio eius hoc quod hic ita quod ponatur diffinicionem hoc quod hic insit et hoc quod hic.

Ista autem locucio de diffinicione cum dicitur sed utrum sit demonstrare quod quid est loquitur non de diffinicione diffinita sed diffinicionis. Utrum hic non contingat ostendere quod quid est. Tercia autem locucio cum dicitur et si contradiccione loquitur de diffinicione diffinita sed alio quam locucio prima quia prima loquebatur de diffinicione diffinita composita ut si de eodem re dentur due diffiniciones utrum una possit ostendi etc.

Sed etiam locutio loquitur de diffinitione diffinitum oppositorum necessario scilicet per diffinitionem unius oppositi possit ostendi diffinitio alterius. Est autem diligenter notandum quod cum dicit quod quid est et quod ubi non possit probari nec sillogizari loquitur de sillogismo generali; non potest probari nec demonstrari loquitur de demonstratione speciali. Intellectus est quod non possit sillogizari ut est sillogismo probari ut quia supponitur in premissis antecedentibus non est sillogismus probatus vere nisi premisse sint notiores conclusione; tamen bene per sillogismum probabilem quia ex probabilibus quedam falsa probabilia esse immo probabiliora quibusdam veris ut dicitur in viii topicorum. Multis enim probabiliter sillogizatur esse quod animal non penatum bipes est diffinitio hominis. Sed assumitur hic premissa que continet diffinitionem hominis. Deinde cum dicit neque sic inducens ostendit quod non possit demonstrari quod quid est demonstratione ad sensum, dicens quod neque inducens, id est nec demonstrabit super demonstrata diffinitionem sensibiliter inducens per singularia cum manifesta sint illa singularia, scilicet ad sensum quoniam omne sic quod nihil aliter, id est quia in omnibus singularibus ita se habet sicut accipit inducendo unde aliter et ostendit quod non est quod est super demonstrate sicut inducens. Sed quoniam est aut non est non ergo per inductionem sensibiliter potest demonstrari quod quid est. Et sensibiliter potest demonstrari sicut vel digito unum ostendit eius quod est aliquo modo relinquitur super ad demonstrandum quod quid est. Non enim monstrabit ipsum quid est sensu aut digito quoniam autem diffinit. Hec tres demonstrationes superius videlicet demonstrare in ductione et sensu et digito in principio lectionis tangebantur.

q°

Dubitaretur forte aliquis utrum possit per inductionem demonstrari quod quid est. Dicendum quod inductio procedit ex manifestis ad sensum. Sensus non iudicat nisi de accidentibus. Sed aut iudicamus de substantia per sensum hoc est per accidens vel in relatione ad accidens ut si video filium cleonis per accidens hoc est quia video album per se. Et si aliquis sensus est qui iudicet de ipsa substantia ut puta ipsa est ... non erit nisi in relatione ad accidens; ipsam autem substantiam nudam et ipsum quod quid est nudum sensus non potest apprehendere numquam. Ergo fit inductio de ipsa substantia nuda sed semper de ea in sua relatione ad accidens ut si iudico per sensum hunc esse hominem, hunc esse rationabilem, hoc est per aliquid accidens quod video in ipso. Quod autem possimus sentire ipsam substantiam et ipsam quidditatem hominis nudam, hoc se est in ipso. Et quia substantia in relatione ad accidens non dicit quod est esse sed quia est inductio que fit ex manifestis ad sensum non demonstrat quid res sit sed quia sic. Verum possumus per sensum iudicare de aliquo quod est homo quia videmus ad sensum aliquid in ipso que non possit facere nisi esset homo. Non autem possumus ad sensum cognoscere quid sit homo. Inductio ergo que procedit sensibiliter et sensus et digitus que faciunt cognitionem sensibilem non quid est. Sed quoniam est. Omnes de possint. Ideo valde est dubium quomodo demonstrabit quod quid est. Deinde cum dicit amplius quomodo monstrabit ostendit specialiter quod quod quid est non possit demonstrari demonstratione ad intellectum, scire enim ad intellectum pertinet et sentire ad sensum. Hic enim monstrabit videlicet secundo quod quod quid est non contingit per demonstrationem concludere per demonstrationem, scilicet ad intellectum et faciendo scire esse quod quid est facit quia postquam premittit quod dicit necessarium ad propositum secundo adducit inconveniens videlicet quod quod quid est demonstrari non possit. Et ideo continuat esse declarata. Sed ubi at vero, tertia ibi. Et cetera. Secundo dicit ergo: amplius quomodo monstrabit, id est demonstrabit quod quid est et ostendit quod necesse est enim scientem quod est homo aut aliud quodlibet scire quia est. Quod enim non est nullus scit quod est. Sed quid significat oratio vel nomen et compositum cum dico tragelaphus quid est tragelaphus in ipso esse scire hoc est ergo quod prius apponit necessarium ad propositum quod cum quod quid est de quo loquimur non sit nisi existentium et quod de nullo possumus scire tale quod quid est nisi sciamus ipsum esse verum de non entibus nec de figmentis cuiusmodi sunt tragelaphus et chimera non possumus scire quid est quia non habent quidditatem sed possumus scire de eis quid significet nomen.

q°

Notandum autem quod de ipso melius possumus scire quid significet nomen scire possumus quod importatur per illud nomen enim nichil aliud significatione appellans substantiam. Qualitatem autem appellat nomen significandi ut quod significat primo appellat vel primo appellant et quod hoc ipsum non est quod est esse nomen significat substantiam cum qualitate quia in omni nomine est considerare significatum quod primo appellat vel in diversi ut puta fortitudo ex parte primo nominis et appellat non puta homo vel aliud. Sed ergo in ipso non est assignare quod significet nomen non est in genere quod tragelaphus et alia figmenta habeant quod nominis est autem in genere sicut habent quod rei. Notandum quod esse nomen significativum competit termino complexo et incomplexo et nomini et orationi et cetera. Hoc ergo quod ipsa ideo nominis quod continet plures terminos sit una vox significativa ut ideo hoc nomen tragelaphus est yrcocervus vel est alterum compositum ex hyrco et cervo quod in rerum natura esse non potest. Possumus ergo scire de tragelapho quod significet nomen eius vel quod significet ideo nominis eius, non autem possumus scire de ipso quod rei.

q°

Dubitaretur forte aliquis ad quod deservit quod hic premissum est, videlicet quod non possumus scire de aliquo quod est nisi sciamus ipsum esse. Dicendum quod hic deinde deservit ad duo videlicet ad id quod prima facie sonat nam ut quedam ideo inferior declarabit. Sed quod quid est possit demonstrari possemus de aliquo scire quod quid est et tamen ignoraremus ipsum esse. Et ideo hoc supponit tamquam in ipso. Secundo hic deinde deservit ad cognoscendum quod quid est et esse sunt divisa quod unum presupponit alterum valet enim hic ad sequentes rationes quia plures declarabit rationibus innitentibus huic fundamento quod per demonstrationem non posse demonstrari quod est quia per eam demonstratur esse quod est aliquid quod est. Videtur forte

dubitaret aliquis utrum verum sit quod non possumus de aliquo scire quid est nisi sciamus de eo quia est vel nisi sciamus ipsum esse. Dicendum quod faciendum est vis in eo quod dicit scire, quia scire non est nisi circa. non ergo possumus scire de aliquo quid est nisi sciamus ipsum esse eius quia sine scire ipsum esse eius necessarium ipsum. Et sic si non possumus scire de aliquo quid est nisi sciamus ipsum esse eius secundum autem ipsum esse eius scimus ipsum esse. Unde verum est quod non possumus de aliquo scire quid est nisi sciamus ipsum esse quia id quod non est non scitur. verum et propter hoc dicendum est quod simpliciter non scitur quid non est. vel possumus dicere quod faciendum est vis in eo quod est quod ad demonstrationem ordinatur cum ergo demonstratio non sit nisi circa tale quod quid est de aliquo scire non possumus nisi sciamus ipsum esse eius et per consequens nisi sciamus ipsum esse. Est ergo intentio philosophi quod si dubitamus utrum possit demonstrari quod quid est non potest esse dubium nisi de quod quid est quod ordinatur ad demonstrationem. Nam de eo quod quid est quod non ordinatur ad demonstrationem contingit scire prius quia non demonstratur. quod quid ergo quod ordinatur ad demonstrationem est quod quid circa de nullo ergo possumus scire tale quod quid est nisi sciverimus ipsum esse eius et per consequens nisi sciverimus ipsum esse. Sed de hiis plenius dicetur. Prima dubitacio de illa lectione Diffinitio autem quoniam etc. — Deinde cum dicit: *At vero.* Adducit multas rationes ad probandum intentum videlicet quod quod quid est demonstrari non possit. et quod sex facit secundum quod sex rationes adducit ad propositum. Secunda ibi: *Per ea per demonstrationem.* Tercia ibi: *Quod vero et nunc.* Quarta ibi: *Quod ergo demonstrabit.* Quinta ibi: *Non autem est.* Sexta ibi: *Si ergo diffiniens.* In prima parte intendit talem rationem: diffinitio demonstrat quid unum per idem et demonstratio demonstrat quid unum. Sed demonstratio demonstrat quia est. ergo non demonstrabit quid est. quia tunc demonstraret duo cum aliud sit quid est et quia est. hic est ergo quod dicit: *At vero si super aliquis demonstrabit quid est et quia est quomodo eadem ratione demonstrabit super utrumque*, quod dicit quod est in posterioribus. Et videtur quod diffinitio unum ad demonstrationem littera est corrupta ut patet ex alia translatione que habet diffinitio unum ad manifestat et demonstrat. Sed ergo diffinitio demonstrat unum ad supplendum est quod per idem et demonstratio. Sed ergo vellemus exponere litteram nostram sic exponeremus ipsam: diffinitio est unum ad significandum demonstratio, id est et demonstratio super unum ad manifestandum videtur. id autem quod est quid est homo est esse hominem, aliud est tunc ergo est supplenda ratio quare demonstratio non demonstret nisi unum cum demonstret esse sive quia est. non demonstrabit quid est quia aliud est esse sive quia est et aliud quid est.

Illud autem quod non potest dici etc. id est per quod certificamur de aliquo supplicit. n. non ratione ab ipsa ratione sive ab ipso intellectu quia est organum intellectus, id est non est ratio quo intellectus ad intellectum. ergo cum diceremus esse id per quod certificamur de aliquo per quod sit nobis aliqua fides de aliquo potest dici ratio. et quia per diffinitionem certificamur de quidditate rei ipsa diffinitio quedam ratio dicitur. Rursus quia per argumentationem rectam fit nobis aliqua fides et sic talis argumentatio dicitur quedam ratio cum ergo per demonstrationem non solum fides sed et certitudo fiat nobis de re ipsa. demonstratio quedam ratio est. Ratio ergo est quod hic ad demonstrationem et ad diffinitionem vult ergo philosophus quod non eadem ratione demonstretur quid est et quia est. quia unum demonstratur diffinitione aliud demonstratione. Deinde cum dicit: *Per ea per demonstrationem.* Adducit secundam rationem que est quasi supplementum rationis prime dixerat enim quod demonstratio declarat quid unum possit. ergo aliquis dicere quod esse et quid est non sunt aliud et aliud. ad hoc ergo removendum facit rationem ducentem ad inconveniens videlicet quod esse non est quid rei nec est substantia rei. quia tunc ens esset genus quod est inconveniens. Si ergo esse et non esse quid. et demonstratio non demonstrat nisi esse ergo non demonstrat quid. Id autem quod per ea, id est alia posterior ratio ducens ad inconveniens est hec videlicet quod per demonstrationem omnis necesse esse demonstrare esse quia est. ergo super per demonstrationem non demonstratur esse. nec est quod demonstratur nisi substantia sic super ipsum esse et ipsum quia est. et videtur quod esse non est substantia. nulla supplebatur ibi ut habet alia translatio. esse autem non est substantia nulli et videtur quod non. n. est genus quod est. i. quod est ens ut habet alia translatio. quasi dicat quod si poneretur quod esse esset substantia alicuius vel esset substantia accidentium sequeretur hoc inconveniens quod ens esset genus cum ergo ens non sit genus esse non erit ipsum quid nec erit ipsa substantia alicuius. et quia sic est demonstratio vel sic. cum sit quod quid est vel ut habet alia translatio cum quia est. non ergo demonstrabitur per demonstrationem quid est. Sed demonstrabitur quod res quidem est vel quia est non autem quid est. — Dubitaret forte aliquis utrum esse sit substantia vel utrum sit idem esse et quod quid est. Dicendum quod si substantia accipitur large prout scilicet essentia rei unde hic est quod utrum ipsa essentia que indicatur per diffinitionem sit ipsum esse vel utrum scilicet esse rei sit idem quod sua essentia et substantia quod secundum quendam quod in solo deo est esse idem et quod quid est in omni alio differt esse et essentia. unde et omnes expositores exponunt hunc passum de esse rei volentes quod hic loquatur philosophus de esse actuali rei quod in solo deo est idem cum sua quidditate. Sed numquam sic processimus de tali esse habebimus intentionem philosophi. vult enim philosophus quod si esse esset idem quod rei substantia quod ens esset genus et quod omnia per consequens essent in eodem genere. Sed si loqueretur philosophus de tali esse non sequeretur quod ens esset genus et quod omnia essent in eodem genere. immo sequeretur quod ens non esset genus et quod nullum esset in genere. Nam quod habet idem esse cum substantia nullo modo habet in eo ad ponere ergo numquam in eo potest accipi ratio generis. Nam genus dicitur formam mediam inter

mrat

potentiam et actum ut declaratur quinto metaphysicae (?) in nono metaphysicae. Nec est in hoc intentio Commentatoris quod omnes concedunt deum non esse in genere. Sed quia aliae res habent idem esse cum sua substantia, non esset in genere; et si non esset in genere nullum esset genus. Hoc ergo posito non solum ens non esset genus sed et nullum aliud esset genus. Incedunt ergo isti in tenendo veritatem quod esse in solo deo est idem cum essentia, sed non vadunt ad intentionem philosophi, immo vadunt ad oppositum intentionis, quia nam ut patet philosophus vult quod hoc posito sequitur quod ens sit genus. Secundum autem expositionem istorum hoc posito destruitur esse genus. Sed quia de esse actuali loquitur hic philosophus quod in solo deo est idem cum essentia. Sed tale esse esset idem cum substantia rei, non esset in genere. (¶) Notandum (?) idem facit (?) quod philosophus intendit hic loqui de esse ut refertur ad demonstrationem. Demonstrare autem est scientiarum specialium quae non considerant nec de deo nec de substantiis separatis, quia nam ipsa physica quae ut declaratum habetur in vi metaphysicae esset prima philosophia si non esset metaphysica, non considerat de talibus. Per se quod ut dicitur in physicis quod non amplius mota movente non amplius sunt physicae considerationis. De talibus ergo non se intromittit hic philosophus. Accipere ergo esse quod non sit idem cum essentia, praeter alias hoc excludit solus deus cui habet idem esse cum essentia. Non est iste ad intentionem philosophi. Cum ergo quaeritur utrum esse sit idem quod rei substantia vel quod rei essentia, dicendum quod non. Sed pro hoc non habetur utrum esse de quo loquitur philosophus sit idem quod rei essentia nisi probabiliter (?), et habetur utrum si esse de quo loquitur hic philosophus esset idem quod rei substantia vel quod rei essentia ex hoc sequeretur quod ens esset genus. Sed de his omnibus in quaestionibus quibus dicetur.

(¶) Dubitaretur ulterius forte aliquis de quo esse hic philosophus loquitur. (¶) Dicendum quod ens uno modo dividitur per se in x praedicamenta, per quem modum philosophus in v metaphysicae, quia nam ut ibi dicitur quod dividitur in tantum (?) per se omnia quae significant figurae praedicamentorum. Alio modo accipitur ens per accidens, nec oportet nunc distinguere quot modis sumatur ens per accidens, sed sufficit nunc scire quod ens per accidens dicitur de veritate propositionis vii et quinti metaphysicae. Aut quod quod de ente uno modo collocatur in quibus generibus, alio modo in quibus accidentibus unum ut quod quidem intellexit de ente quod est genus x praedicamentis dicendum quod collocatur in quibus generibus, et quidem intellexit de ente id quod intelligitur de vero dixit quod collocatur in quibus accidentibus. Esse ergo uno modo dicitur ipsum esse essentiae, ipsam essentiam vel ipsam quidditatem, et sic dividitur per se in x praedicamenta, et tale esse est quod indicatur per diffinitionem, cum dicatur quod diffinitio est oratio indicans quid est esse. Alio modo accipitur esse pro eo quod existit res in actu, de quo locuti sumus in quaestione praecedenti, de quo philosophus hic non intendit loqui. Tertio modo potest accipi esse pro ipsa habitudine praedicati ad subiectum, et in habitudine consistit veritas et falsitas propositionis, et de tali esse hic loquitur philosophus ut patet. Quia nam ipse loquitur de esse quod ostenditur per demonstrationem; quod esse ostenditur quaeritur quid est, quod ostenditur per diffinitionem. Constat autem quod esse quod ostenditur per demonstrationem non est existentia rei particularis vel quod existit actualiter rei quod per se et primo competit particularibus quorum non est scientia nisi dictio (?); universalibus autem non competit tale esse et tale existentia actuale nisi prout habent esse in particularibus. De hoc autem esse loquitur Commentator vii metaphysicae cum dicit quod quidditates rerum non sunt entia nisi per esse rerum habentium quidditates. Sed ergo tale esse est diversitate ipsorum particularium, hoc esse non est de quo per demonstrationem ostenditur esse in ipsis, hoc esse ipsius rei incomplexum per demonstrationem. Quod non ostenditur nisi quod complexum esse. Ergo quod per demonstrationem ostenditur est esse complexi et esse propositionis. Hoc autem esse non est aliud quam habitudo praedicati ad subiectum. De hoc ergo esse loquitur philosophus in primo Perihermenias cum ait quod est sine significare quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere. Patet ergo de quo esse hic philosophus loquitur.

(¶) Ulterius forte dubitaretur aliquis utrum tale esse sit idem quod rei substantia. (¶) Dicendum quod esse quod est habitudo propositionis in quo consistit veritas vel falsitas, immo veritas et falsitas consistit in non esse. Veritas autem in esse cum ergo est habitudo cum quo pronuntiatur propositio est locutio vera. Cum autem non est talis habitudo est falsa. Cum ergo dicitur esse quod est vel non esse quod non est quod sic profertur habitudo ut tunc semper est locutio vera. Sed modis oppositis proferretur esset falsa talis. Haec habitudo et tale esse non est ipsa substantia rei. Unde et philosophus in Perihermenias ait loquens de hoc esse quod nec non esse est signum rei vel non esse. Esse ergo vel non esse propositionis non sunt signa rei quia non dicunt quidditatem vel essentiam alicuius praedicamenti, sed solum dicunt habitudines praedicamentorum ad invicem. Hic ergo fecit Commentator quod hoc ens quod intelligitur de vero vel de habitudine praedicati ad subiectum dixit pertinere ad quod de accidente quod haec habitudo est inter quod actus non actus alicuius rei dicit alicuius essentiam nominat vel alicuius quidditatem dicit. Sed haec habitudo cum hoc esse nullius rei signum est, nec est hic sic intelligendum quod de hac habitudine collocetur sub quibus de accidentibus quod omnis habitudo talis sit per accidens; aliquae enim tales habitudines consistunt res per se et tunc sunt per se, aliae non per se et tunc sunt per accidens. Non ergo tales habitudines collocantur sub quibus accidentibus quod omnes sint per accidens, sed quod ipse per se nullam substantiam dicunt nec aliquam essentiam nec aliquam quidditatem, unde sunt magis quasi actus.

(¶) Ulterius forte dubitaretur aliquis. Dato quod hoc esse quod dicit veritatem propositionis non sit alicuius essentia nec alicuius substantia et sit magis quasi actus, quomodo differt ab accidente. (¶) Dicendum quod hae habitudines non dicunt nisi respectum rei ad rem, non respectum quod sit relatio per se, sed respectum cui est relatio per accidens; ideo huiusmodi esse in nullo praedicamento est per se sed

solum est ad quid sit predicamentorum ut certo quod talis res est in tali predicamento et in tali specie et sic hec similiter ad talia et ad talia et ex his possunt de ea talia et talia verificari. verum talis est et talis huiusmodi sunt tale esse mihi hec de esse quod vera relacio et quod relacio per esse cum quo dicat commentator in xi. super illo capitulo. vero sint eadem propter sibi et activitatis. quod vera relacio habeat minimum de esse. istud esse quod hec minus de esse quam relacio habebit minus de esse quam minimum de esse. Ex his quo sequitur quod ipsum sine se non sit. bonum quod dixit philosophus in predicamentis loquens de hoc esse quod sit hoc ipsum esse purum dixisse ipsum quod de non esse. dicamus quod esse quod dicitur veritatem composicionis nulla condicionem dicere. et per se non est. dicunt quod in activus et in hoc esse est. quoniam aliquod activus ad significat. et non significat aliud. istud autem esse non significat non est in ad significatum sed est condicio adiacio quoniam significatum. et quod non significat hoc esse sed solum exprimit modum significandi idem ipsum per se non est verum philosophus in eius de predicamentis cum prius dixisset quod si hoc ipsum esse purum dixisset ipsum quod de non est. statim consequens assignans hoc dicens ex sibi adiungit consignificat enim quod vera composicionem hoc est in cum quo talis esse per se non est quia per se non significat sed solum consignificat exprimit in quod vera modum significandi cuius autem sit condicio talis esse dicitur quod est adiacio predicati. similiter iste modus istius similitudinis que exprimitur per est non est nisi quedam modus in hoc ut accipiatur in hoc large per quod per se oppositum esse cuiuslibet predicamento. in hoc autem non est adiacio sibi sed predicati verum tale esse supra est nota .i. supra est adiacio eorum que de aliquo predicatur. Videtur forte dubitabit aliquis utrum si tale esse esset substancia. omnis esset quod ens esset genus. Dico quod si tale esse esset substancia. esset substancia alicuius quod esset substancia sibi. similiter cum predicatum dicatur ad de subiecto. et dicatur ad aliud. ut ad sibi sed predicatum est substancia. oportet quod sit substancia alicuius. et quia ipsum esse quod est adiacio predicati sed quod ipsum esse esset substancia vel essencia alicuius esset substancia vel essencia alicuius ut sibi. verum vna consideracio hec quod esse est non nulla substancia. superhabundat ibi negacio alia autem consideracio hec quod est nulli substancia. similiter idem est verum quod ad possumus et hoc breviter declarare quod si esse esset substancia .i. esset alicuius condicionalis et alicuius essencia ita quod idem esset esse quod quid est. quod hoc vult probare philosophus quod non sit idem. cum condicionalis supra dicat ad in aliquo sed esse esset condicionalis vel essencia alicuius. esset condicionalis et essencia alicuius rei. hoc viso dicamus quod si esse quod dicitur veritatem composicionis vel quod dicitur esse predicati in subiecto esset substancia. tunc cuiuslibet predicatum quod possit verificari de aliquo subiecto pertinet ad substanciam subiecti. similiter si ipsa hoc modo que nulli rei significat esse sed est condicio predicati esset quod quid est rei. multo magis et ipsum predicatum esset quod quid pertinet ad substanciam rei et quod omnia predicatum possunt verificari de substancia alicuius rei omnia predicamenta pertinere possent ad substanciam et ad essenciam rei sed quecumque pertinent ad substanciam vel ad essenciam eiusdem rei de necessitate sunt in eodem genere omnia quo predicamenta non sunt sufficienter nisi unum genus. et si omnia predicamenta essent unius generis id quod predicatur potissime de omnibus predicatis esset genus. hoc autem est solum ens quod per se et potissime predicatur de omnibus predicatis. alia autem transcendencia non predicantur potissime per se similiter unum predicatur de omnibus non per se et absolute sed in comparacione ad aliquem. bonum in comparacione ad appetitum verum autem non predicatur positive sed privative. positio quo quod esse quod dicitur similitudinem predicati per quod dicitur veritatem composicionis esset substancia alicuius ens esset genus quod est in hoc consequens quod est quo esse quod dicitur veritatem composicionis quod concludit demonstracio et ad quod quid est quod dicitur substanciam et essenciam cuiuslibet rei quod manifestat diffinicio. Deinde cum dicit. quod vero est nunc. adducit terciam racionem supra expositam quod vide[illegible] in sensu dicens quod vero est nunc. videlicet demonstrare esse et non demonstrare quod quid est. faciunt scientie. quasi dicat. quod vero demonstraciones demonstrant esse et quod quid est non demonstrant sed supponunt. unde videt quod in condicione significat triangulum accipit .i. supponit geometer quod autem condicione est supra equilaterus demonstrat supponit quo geometer quid significat triangulus equilaterus vel quid significat ipse triangulus et ex diffinicione trianguli probat quod si [illegible] in quo est resolubilis predicatum trianguli est triangulus vel supponit diffinicionem trianguli equilateri et ex diffinicione eius probat quod triangulus collocatus super semidiametro duorum circulorum equalium se intersecancium est equilaterus. monstrabit etc. postquam

Quid quod philosophus adduxit tres raciones quod demonstracio non demonstrat quid est. sed quia est. hic adducit ad hoc idem tres alias raciones. Dicebat quod sex racionibus probabat philosophus quod quid est demonstrari non potest. postquam quo adducte sunt tres. restat adducere alias tres. differunt autem hee tres sequentes. a tribus precedentibus quia precedentes directe probant demonstracionem non demonstrare quod quid est. sed hee sequentes non probant hoc directe sed indirecte probant. in quod diffinicio quid est de se .i. per aspectum vel generaliter supra non est ipsius cuius non est rem esse. tunc quo sic possit formari racio sed scilicet diffinicio ad esse et ad quod est. ita scilicet hec demonstracio ad quod quid est. sed diffinicio quid est de se non est ipsius cuius nec ostendit esse suum quia est quo non demonstracio ostendit de re quid est. ita quo facit per quod tres raciones adducit hic probantes ea in .i. autem. tria in. Sed quo diffiniens. dicit quo quod quo demonstrabit diffiniens quid est vel quia est. ut triangulum. quasi dicat. ut triangulum .i. ut esse trianguli quid demonstrabit

diffiniens esse ipsum utrum quia est vel quid est, id est demonstrabit nec diffinicio ipsum quid est, ita quod sit diffinicio demonstrativa ipsius entis, et videbit sciens utrumque, scilicet diffinitionem quid est, si est non sciet. Sed impossibile est quod demonstret. Quia si diffinitio demonstret quid est rei, et quid est de se ipsius entis, sequeretur hoc impossibile quod aliquis possit scire de re aliqua quid est et ignorare si est, quod superius negabatur. Dubitaret forte aliquis quomodo demonstratio se habet ad esse. Ad quod possumus distinguere triplex esse, ad quorum duo demonstratio se habet precise, ad tertium autem per accidens. Ad illa autem duo esse ad que demonstratio dicitur se habere precise non eodem modo se habet ad illa precise. Sed ad unum illorum se habet precise quia ipsum precise presupponit, ad alterum autem se habet precise quia ipsum precise concludit. Est autem primum esse rei per quod res est in predicamento, et de hoc esse possumus intelligere quod hoc dicitur quod species est totum esse individuorum, quia totum esse quod habent individua in predicamento hoc est per speciem. Tale enim esse potest competere rei etiam non existenti actualiter, ut rosa existente non in actu. Unde est de ea quod sit res predicamenti. Sufficit enim de re quod sit vel in se vel in suis causis, ad hoc quod de ipsa possit esse scientia. Sed enim res nullo modo existens, nullo modo de ea scientia posset esse. Ad hoc autem quod de re sit scientia sufficit quod quantum est de se habeat habitudines ad debitas proprietates et ad debitas passiones, ad hoc quod de ea possint formari vere propositiones vere, et locutores hominum hoc designant, et concedentes scientiam hoc ostendunt. Dicunt enim homines loquentes de rosa et in plurali de rosa scientiam concedunt hoc esse dicentes, videlicet quod rosa est pulcherrimus florum, quod dicentes non intendunt dicere de rosa quod esset actu vel non esset. Sed quod rose competit per se habere habitudinem ad tantam pulcritudinem quod pulcritudine excellat omnes flores. Et de cinnamomo si concedatur de eo scientia, dicentes quod est species proficua dentibus, quod dicentes non intendunt dicere cinnamomum esse actu vel non esse. Sed quod quantum est de se competit ei hec proprietas. Hoc est ergo esse rem predicamenti quod de ea possit esse scientia, vel quod habeat habitudinem ad debitas passiones et ad debitas proprietates. Ad tale autem esse sufficit quod res sit in suis causis, quia si est in suis causis cum scire sit per causam, de ea poterit esse scientia. Rursus eo ipso quod res est in suis causis, quantum est de se dicitur ad determinatam ad certam speciem et per consequens quantum est de se ab ea fluunt apte nate fluere debite proprietates. Ergo quod habet tale esse, videlicet in suis causis, est res predicamenti et de eo potest esse scientia, et de eo possunt formari propositiones vere, quia quantum est de se importat habitudinem ad debitas passiones et ad debitas proprietates. Tale autem esse demonstratio presupponit. Cum ergo dicitur quod demonstratio non est nisi entis, non est

intelligendum de entibus in actu tantum. Sed de entibus in suis causis vel de hiis que sunt res predicamentorum et que predicamenta presupponunt. Est autem hoc esse rei quod dicitur veritas propositionis, et tale esse presupponit prius esse. Prius enim intelligitur quod aliquid sit res predicamenti et quod habeat habitudines ad debitas passiones et ad debitas proprietates, et per consequens de tali re formentur propositiones vere. Propositio ergo vera explicat illas habitudines quas res habet. Tale autem esse quod dicitur veritas propositionis demonstratio concludit. Intelligitur ergo quod demonstratio se habet ad duplex esse, videlicet ad esse predicamenti et esse quod dicitur veritas propositionis, quorum unum supponit et alterum concludit. Tertium autem esse est esse actuale rei, hoc autem per accidens se habet ad demonstrationem. Probat enim demonstrator quod triangulus habet tres quia est figura plana etc., et forte nullus talis est in actu, quia forte nullum est omnino planum nullum omnino rectum. Patet ergo quod demonstratio de re non habente actuale esse. Dubitaret forte dubitans aliquis utrum diffinitio quantum est de se ostendat rem esse. Dicendum quod diffinitio generaliter sumpta quantum est de se non dicit nisi significatum nominis vel quid est quod dicit per nomen, et in certo modo per translationem quamvis dicitur quod id quod significat non est diffinitio. Sed ergo hoc est id quod tragelaphus aliquid compositum ex hyrco et cervo. Hoc est id quod nominis tamen eo quod tragelaphus est figmentum. Sed si tragelaphus esset res predicamenti illa eandem rationem haberet et tunc hoc id esset quid rei. Nunc autem est quid nominis tantum, et quod dictum est de figmento si fieret res, hoc idem esset de re si posset fieri figmentum. Verum si hoc est id quod homo animal bipes, hoc id est quid rei eo quod homo est res predicamenti. Sed si esset possibile quod homo fieret figmentum, eandem rationem haberet, sed tunc hoc id quod tunc est quid rei tunc esset quid nominis tantum. Per diffinitionem ergo primo innotescit nobis quid nominis est de se, id est primo abstracte vel generaliter sumpta quid significat per nomen, postea ad nos spectat considerare utrum id quod sic significatur possit esse in rerum natura vel non. Sic ergo res ignota describitur nobis per diffinitionem. Primo intelligimus per diffinitionem illam quid nominis et postea in nobis ipsis possumus cogitare utrum id quod nominis sit quid rei. Propter quod dicitur in textu quod cum diffinitio dicitur de aliquo quid est, non dicitur de illo quia est, eo quod adhuc restat considerare propter quid. Cum enim aliquid notum describitur nobis quid sit, adhuc restat in nobis ipsis cogitare utrum illud quid sit propter quid, id est sit causa ipsius esse rei, scilicet quod est quid nominis tantum non est propter quid, quia non est causa alicuius esse. Sed id quod est quid rei ita est quid quod est propter quid, quia est id propter quid res est. Diffinitio ergo quantum est de se non ostendit rem esse. Dubitaret forte ulterius aliquis utrum aliqua diffinitio ostendat esse rei. Dicendum quod nulla diffinitio ostendit esse rei de se sumpta. Diffinitio enim prout sumitur proprie generali, videlicet ut communiter accipitur, sic dicit quid nominis sive quid rei, utrumque tantum

est quod diffinitio sic sumpta non ostendit rem esse, cum aliqua diffinitio possit esse non entis. Eo quod prius sumpta diffinitio specialiter, ut dicit quid rei tantum, et sic non ostendit rem esse, sed presupponit. Diffinitio enim que dicit quid rei presupponit de re quia est, et ostendit de ea quid est. Similiter enim non possumus scire de diffinitione quod sit quid rei nisi prius sciamus rem esse. Si ergo diffiniatur nobis res nota quam sciamus esse, sciemus diffinitionem illam esse quid rei, quia sciemus rem illam esse. Si autem diffiniatur nobis res ignota quam nesciemus esse, diffinitio illa faciet nos scire quid nominis. Sed postquam scivimus quid nominis et quid incorporatur [?] prius potuimus cogitare utrum id esse sic [illegible], autem scivimus utrum id tale sit [illegible], nesciemus utrum illa diffinitio sit quid rei vel quid nominis tantum. Si ergo quod diffinitur sit ignotum, diffinitio data ei faciet scire solum quid nominis. Si autem innotescat nobis quod id diffinitum sit figmentum, tunc illa diffinitio non erit quid nominis quocumque modo, sed erit nominis tantum. Si vero nobis innotescat quod sit res predicamenti, tunc sciemus quod illa diffinitio est quid rei. Antequam ergo sciamus esse rem, nesciemus diffinitionem datam esse quid rei. Nulla ergo diffinitio ostendit rem esse.

Sumpta autem diffinitio sumpta generaliter nec ostendit rem esse nec supponit; sumpta autem specialiter, ut dicit quid rei, non ostendit sed supponit. Diffinitio ergo generaliter sumpta non dicit rem esse, quod quidem sic patet, quia generaliter sumpta extendit se ad diffinitionem dicentem quid nominis, que potest esse non entium. Rursus si diffinitio dicens quid rei presupponit, [illegible] non dicat rem esse. Ex quo sic [illegible] prima dubitatio illius lectionis. Diffinitio autem etc. Plenius ergo dicetur pro dubitatione ista in illa lectione, in qua [illegible] que in hac lectione dicuntur manifesta erunt.

q° Videtur forte dubitandum contra verba secunde diffinitionis philosophi, quod si diffinitio demonstraret [illegible] quid est, quod possemus de re scire quid est ignorando si est. Dicendum est quod si diffinitio que est de se ostenderet rem esse, non esset diffinitio non entis, et nulla esset diffinitio que non diceret quid rei. Quo posito, data diffinitione de aliquo, non oporteret nos investigare utrum sit vel non sit. Antequam ergo investigaremus illam rem esse, sciremus diffinitionem illam esse quid rei. Hac ergo ypotesi stante possemus scire de diffinitione quod esset quid rei, et tamen ignoraremus si illa res esset, quod est impossibile. Diffinitio ergo que est de se non ostendit rem esse. Tunc ergo est supplenda ratio philosophi: quod sicut diffinitio se habet ad esse vel ad quid est, ita demonstratio se habet ad quia est. Sed diffinitio que est de se non ostendit esse, sed si sit quid rei presupponit rem esse. Ergo et demonstratio non ostendit quia res sit, sed presupponit.

q° Videtur forte dubitandum utrum sit idem esse quod presupponit diffinitio dicens quid rei et quod concludit demonstratio. Dicendum quod unum et idem esse demonstratio supponit et concludit, aliter tamen et aliter. In generali enim tale esse supponit, in speciali autem tale esse concludit et demonstrat. Supponit enim demonstratio quod res illa de qua debet demonstrari quod sit res predicamenti, quod habeat habitudines ad aliquas proprietates, et postea concludit specialiter quod habet habitudinem ad hanc proprietatem. Habitudinem ergo predicati ad subiectum, quod est esse in quo fundatur veritas propositionis, presupponit demonstratio in generali et in speciali concludit, quia non est demonstratio nisi entis habentis talem habitudinem. Habitudo ergo quam ante omnem demonstrationem presupponit postea per demonstrationem explicatur. Vel possumus dicere quod demonstratio presupponit rem esse per se, et maxime rem subiectam, quia de subiecto oportet presupponere quia est. Supponit autem demonstratio rem esse per se, presupponit de ea quod habeat habitudines ad aliquas proprietates; postea vero habitudines quales sint et quarum proprietatum sint concludit. Sic et diffinitio dicens quid rei presupponit rem esse et presupponit eam habere aliquas habitudines ad aliquas proprietates; sed quarum proprietatum sint ille habitudines non oportet quod diffinitio presupponat. Ergo non est idem esse quod diffinitio dicens quid rei supponit et demonstratio concludit, vel si est idem, non est eodem modo sumptum. Primum esse quod presupponit diffinitio est esse rei per se; esse autem quod concludit demonstratio est esse alicuius habitudinis ad proprietates. Vel si diffinitio presupponit esse alicuius habitudinis, hoc est in quadam confusione et in quadam generalitate presupponit; diffinitio enim sit quid rei, quod in [illegible] sit habitudo ad aliquas proprietates; demonstratio concludit et explicat ad quas proprietates.

in talibus quod arguere a posteriori immediato non a priori immediato. Primo ergo declarat videlicet quod non necesse est quod semper post factum esse sequatur fieri et quod patet contingere quod agentia desistant ab agendo. Debuit philosophus ad primum videlicet quod non possumus in talibus arguere a priori sed a posteriori, quia non valet: si factum est prius quod necesse sit fieri quod est posterius, cum possit contingere quod agentia desistant ab agendo et per hoc consumetur quod est inceptum. Secundum autem declarat videlicet quod factum esse non continuatur cum suo facto esse nisi cum fieri. Debuit ad secundum videlicet quod in talibus non possumus arguere a priori immediato, vel debuit quod in talibus non sit accipere immediatum prius, nam non est dare primum fieri nec primum factum esse; est dare tamen ultimum factum esse. Si ergo factum esse continuaretur ad factum esse ita quod esset ipsum fieri compositum ex factis esse, sicut si poneretur linea composita ex punctis, oporteret dare in ipso fieri primum factum esse. Quia autem in motu non sit dare primum mutatum esse licet sit ultimum, quia non potest esse motus in indivisibili, quia in primo motus antequam mobile moveatur non est ibi mutatum esse. Sed autem modo quod quod illud spacium quod acquisivit sit aliquod divisibile, ergo prius acquireret totum illud spacium acquisivit medium spacii et prius medium medii, et quia continuum est divisibile in infinitum non est dare primum acquisitum esse nec primum mutatum esse, sicut primum factum esse. Sed si indivisibilia sibi invicem copularentur tunc in primo motus vel in primo spacii antequam inciperet motus non esset aliquod mutatum esse. Sed quod dictum est quod unum indivisibile immediate copulatur ad aliud quia aliud indivisibile est quod dividit illud spacium in quo est motus et spacium quod per motum debet acquiri a mobili. Sed ad aliud indivisibile copulatur aliud indivisibile tunc illud indivisibile erit primo acquisitum a mobili et hoc erit primum mutatum esse. Ponebat enim quod indivisibilia sibi invicem copularentur posito quod per motum prius acquireret unum indivisibile postea aliud. Sed si indivisibile acquireretur per motum esset ibi dare primum mutatum esse, quia postquam indivisibile acquisitum est prius cum non habeat partem non potest dici quod sit prius acquisitum per partes. Si ergo indivisibilia in motu vel in tempore sibi invicem copularentur esset dare primum mutatum esse et primum factum esse. Rursus si factum esse copularetur cum fieri esset dare primum factum esse, quia tunc copularentur ad invicem sicut eadem ratione tunc fieri et factum esse essent eadem ratione. Esset ergo ipsum fieri indivisibile et quia totum contrarium non est dare primum mutatum esse nec primum factum esse contra divisibilitas ipsius fieri et ipsius motus. Si talia essent indivisibilia, tunc posito quod indivisibile acquireretur per motum esset dare primum mutatum esse et primum factum esse. Redeamus ergo ad propositum. Dicimus quod in primo spacii non est motum nec mutatum esse, et quia non est dare aliquod punctum immediate se habens ad primum spacii, ideo non est dare primum mutatum esse, quia dato quolibet puncto signato in fine spacii

et primo spacii per quod debet fieri motus sunt infinita puncta, ideo semper ante quodlibet mutatum esse sunt infinita mutata esse. Sed si puncta se haberent immediate ad se invicem, non possemus sic arguere quod non esset dare tale primum, immo esset dare primum mutatum esse. Sed licet in primo spacii non sit motus nec mutatum esse, in ultimo tamen spacii est dare mutatum esse, et quia post ultimum spacii nullum est mutatum esse quod determinat totum motum. Non est autem dare primum mutatum esse a quo incipit motus. Ex his utique dicamus quod argumentatio a posteriori demonstrativa duo presupponit, videlicet necessitatem et immediationem. Necessitatem quidem quia si non necessario sequeretur conclusio ex premissis non esset demonstratio. Immediationem vero quia non contingit scire per demonstrationem nisi sciamus resolvere usque ad immediata. Sunt autem illa immediata ultra que non est processus. In his ergo que non sunt similia non possumus arguere a priori quia non est ibi necessitas, non enim ad prius devenitur de necessitate posterius. Possumus autem in talibus arguere a posteriori quia est ibi necessitas, quia posterius de necessitate supponit prius, et ad hoc debuit primum dictum videlicet quod agentia possunt desistere ab agendo et quod non de necessitate post factum esse sequitur fieri, et non de necessitate ad prius sequitur posterius. Rursus in talibus non est dare immediationem a priori quia non est dare ad mutatum esse vel factum esse ex parte prioris, quia non sit ultimum ex parte et quod non sit dare aliquod prius factum esse vel mutatum esse. Est tamen ibi dare immediationem ex parte posterioris quia est ibi dare ultimum mutatum esse quod non est resolutio in posterius mutatum esse. Ergo ratione necessitatis cuius debuit declarationem primum et ratione immediationis cuius debuit declarationem secundum debemus in talibus arguere a posteriori non a priori. Quidem cum dicit de eo quod consequenter de termino et cetera quod dicit quod postquam ostendit in factis quod debemus arguere a posteriori, secundo declarat quod in similibus se habeat in terminis quod est ibi a posteriori arguendum. Ubi sciendum autem est quod primo dicit quod predicte duo que in factis que non sunt similia debemus arguere ab immediato et a posteriori. Secundo declarat que dixerat ibi: Sed c. factum est. Dicit ergo quod de eo quod supponitur factum esse prius quo est cum eo quod contingit sic scilicet accepta media causa sit propria, et ad arguendum in talibus accidentaliter est causa media in terminis et hoc in videlicet per quod dicitur: vel dicit quod necesse est cum his vel ut habet alia littera: et in his media et prima sunt media esse quod dicit quod in his que non sunt similia media et prima causa idem quod est media ad arguendum et idem quod est primum ad arguendum oportet esse sine medio vel immediatum, et non supplendum est quod oportet in talibus arguere a posteriori quia ex parte posteriori in talibus ut patuit accipitur immediatum, non ex parte priori. Vel dicit ut a. factum est causa c. factum est. Vel dicit quod posterius autem c. factum est a. vel a antea primum necesse est

g. s. arguitur in talibus et c. i. a. posteriori quia id quod pri
mum est ipsi nunc quod primum eius est q. d. quod ipsi nunc quod est
primum tempus et racionem supradicte primum illud in talibus est pri
mum c. i. id quod est prius non a. i. quod est prius in talibus
i. n. primum arguendum est sumendum a nunc posteriori non a
nunc priori quia quod illud est a. c. quod est proximius nunc
posteriori non ab a. quod est longinquius. Eidem
cum d. sed c. declarat quod dixit esse quod d. f. quod prius fuit
quod dictum est secundo removet quandam cavillacionem esse pro
tacta ibi. aut semper esse. quia prius fuit quod ipse di
xerat quod debemus incipere ab immediato quia quod de
clarat quomodo hic intelligit tamen hic intelligit incipiendo sed
ab ultimo posteriori ut si a. est ante c. ut puta incisio
lapidum ante factionem fundamenti et c. ante d.
ut factio fundamenti ante factionem domus incipi
endum erit a d. et est dare in talibus ultimum
factum esse et devenire in talibus ad immediatum medium
g. illud in talibus est id quod est posterius et ultimum
prius est immediatum medium. Id autem sed c. factum est facto
d. ut puta factum est fundamentum facta domo. d. g.
cum fiat necesse est a. factum esse i. cum fiat domus
necesse est lapides esse incisos et subdit. cum autem est.
c. i. cum autem possumus arguere ex d. a. i. ex factio
ne domus incisionem lapidum talis enim est c. i. fun
damentum vel murus quia quod lapides inciduntur. Sic g.
arguemus quod quia d. i. quia domus fit. c. i. fundamen
tum vel murus quia c. a. a. i. incisio lapidum. Id autem
q. d. enim facto i. facta domo necesse est factum esse c. i. fun
damentum vel murum. c. autem facto necesse est prius fu
isse a. i. incisionem lapidum et subdit quod si g. accipi
eris aliquod medium super posterius stabit aliud immediatum
i. ad immediatum ut hic est aliqua cavillacio. et dare ad
prius quod est ultimum factum esse et hic est immediatum in
talibus. Sciendum autem quod d. a quo arguimus in tali
bus est posterius et est prius est posterius incipiendo sed est
prius in illo ordine vel aliquid textus innuit. Si autem accipi
eris prius aliquod medium quoniam medium acceperis quanto posterius
incipiendo tanto prius in illo ordine g. in talibus deveni
re ad immediatum quod sit primum in illo ordine et ultimum in
cipiendo. Eidem cum d. aut semper esse eadem. re
movet quandam cavillacionem esse protactam dicet n.
aliquis quod numquam est devenire ad immediatum quia in quolibet
est dare infinita facta sed hic non obstante patet quod est dare
ultimum factum esse devenire est g. ad immediatum quia
est devenire ad aliquod quod immediate scilicet ad ipsum
nunc quod est primum in illo ordine et ultimum incipiendo. Id autem aut
semper esse eadem vel ut hic alia cavillacio aut semper in
cidet. q. d. quod autem cavillabit aliquis quod non est de

venire ad immediatum sed semper eadem esse immediatum ita
quod medium non erit immediatum sed semper erit nunc immedi
atum quia sunt infinita. Sed a. n. continuum est factum
cum facto esse quemadmodum dictum est. Sed super hic non obstan
te tempore tamen necesse est aliquod et ab ipso nunc posterio
re n. est ab ipso nunc quod est medium illorum in talibus
et quod est primum in illo ordine sed sic ultimum incipiendo. Sciendum
autem quod quia infinita et quia id quod factum est esse non conti
nuum cum facto esse sed semper inter quelibet duo facta esse sunt
infinita facta esse quia istud tale infinitum non tollitur
quin sit dare ultimum factum esse et quod primum in talibus est a
posteriori ut supra dicebatur ipsum ultimum nunc in
talibus tamen est dare ultimum factum esse et medium et primum
i. primum ad illud. Quoniam g. tale nunc accipiendum
erit immediatum tempore g. illorum debemus a tali nunc
tamquam ab immediato. Eidem cum d. Sed autem est.
quod dixerat in factis et sic esse in futuris et quod in futuro. quod
prius fuerat quod dictum est secundo removet quandam cavillacionem
esse futuram consimilem cavillacioni esse factam. Et ideo quod dixit
erit multa sententia protacta. ibi Sed autem in infinita. etiam
ibi hic autem sic esse. d. g. quod sed autem est et eo quod erit
i. in futuris videlicet quod in talibus est arguere a posteriori
et ab immediato ut puta quod ultimum factum sit d. i. do
mus ab hic g. incipiet illud quod est postremum et immedia
tum. Id autem quod si verum est dicere quod erit d. i. quod erit domus
in futuro necesse est esse prius verum esse dicere quod erit a. i. incisio
lapidum in futuro hic autem est c. i. murus vel fundamentum
quoniam cum erit ex domo quod est ultimum possumus inferre
incisionem lapidum quod est prius. talis enim est ipse murus vel
ipsum fundamentum quia quod fit incisio lapidum a posteriori
g. incipiet illud et procedet ad prius ut ex domo argu
ere murus vel fundamentum et ex hic incisio lapidum. Id autem
quod si quando enim erit d. i. si est futura domus prius erit c.
i. prius erit futurum fundamentum vel murus. Si vero erit c. i.
si est futurus murus vel fundamentum prius erit a. et prius erit
futura incisio lapidum. Eidem cum d. Sed autem re
movet cavillacionem esse futuram consimilem cavillacioni
esse factam. Sicut sic in preterito fuerunt infinita facta sed tamen
non obstante possumus arguere ab immediato facto
in preterito sic et futuro fuerunt erunt infinita facta sed tamen
non obstante possumus arguere ab ultimo futuro facto
quod est immediatum in talibus. Id autem quod sed autem et infini
ta est decisio vel divisio in hiis. i. in futuris et subdit quod non
enim que erunt sed futura erunt et continua ad invicem.
q. d. quod sicut facta preterita erunt infinita et non erunt ad in
vicem continuata sic et facta futura erunt infinita non
erunt ad invicem continua et subdit quod primum quod etiam hiis similiter medio
accidit est. q. d. quod non obstante tali decisione i. divi

infinita / prius silloğ in talibus poterimus accipere sim
medium, id est immediatam causam, videlicet ultimum futuri quod
licet sic ultimum intendo / et prius in sillogismo sic in factis ad
accipiebamus primum mediatum ultimum factum / infinitas enim
in talibus tollit quod non sit dare factum esse primum, sed non
tollit quod non sit dare ultimum. Idem autem dicit licet
aut sic se. quod dixit declarat per exemplum quod dicit sic, quod obfi
cit defectus, sed de futuris. Ibi item si erit dicit quod licet
sic se. In operibus videlicet quod ex posteriori modo prius ut patet in
operibus humanis, sicut si factum est domus necesse est la
pides decisos esse / et videtur quod factum esse hic prius quod
est / tamen necesse est fundamentum esse, quod dicit quod factum est hic
id est decisi sunt lapides prius fundamentum, sicut lapides
in tantum sunt in domo tantum sunt in fundamento vel muri,
non enim sunt lapides in domo nisi toti sic nisi partes
/ ergo si quaeratur propter quid factum est, ut propter quid sunt decisi la
pides, respondebimus quod factum esse quam necesse est esse funda
mentum, non factum est domus, sed fundamentum est necesse
lapides prius decisos esse, quod dicit quod possumus arguere a
posteriori non solum per proximum sed etiam per remotum / ut
ex facta domo possumus arguere decisionem lapidum
(cum autem causae sic possumus arguere est per proximum / ut
puta fundamentum vel murum, sicut si ex domo arguimus
fundamentum ex fundamento lapides decisos esse / ergo ex
domo arguere lapides decisos esse. Nota autem quod
hic illa videlicet quod hic factum est quod vel propter id quod necesse
est fundamentum esse prius legi dicit videlicet quod hic factum est
id est lapides decisi sunt quod necesse est fundamentum esse.
Alio modo potest legi ut sit sensus quod hic factum est videlicet quod
possumus sic arguere videlicet ex facto posteriori ut
ex facta domo factum prius remotius ut decisionem la
pidum, quam necesse est esse prius proximum videlicet funda
mentum prius id est proximum est causa quia ex posteriori possu
mus arguere prius remotum ut fundamentum est causa quia
ex facta domo possumus arguere decisionem lapidum.
Nota quod cum autem necesse est esse fundamentum et ne
cesse est esse lapides decisos, non intendit loqui de ne
cessitate absoluta sed de conditionata; necesse est enim funda
mentum esse non est si sit domus, sicut in posteriori est domum
esse et non esse fundamentum, id est videtur in tantum quod si non est
fundamentum quod non est domus facta, sed non necesse est esse
lapides decisos non absolute sed ex conditione ut puta
si factum est fundamentum. Idem autem dicit item si
erit. Ostendit de futuris dicens item sicut possumus ar
guere a posteriori in futuris ut si erit domus prius erunt
lapides, quod dicit quod si arguamus in factis ut si factum est do
mus decisi sunt lapides, sic possumus arguere in futuris
(et videtur quod demonstrat autem per medium sic, quod dicit quod sicut in factis

demonstratur prius loquimur per posterius per prius medium, sic in futuris de
monstratur per futurum domum futuros esse lapides per futurum medium,
ut per fundamentum. Hoc autem quod demonstratur autem per medium sic ubi
(videtur quod erit autem fundamentum prius, sed enim erit domus
prius erit fundamentum / et si erit fundamentum erunt lapi
des decisi, ergo si erit domus erunt lapides decisi. Funda
mentum ergo est medium sicut illa medium causa per quod sic arguimus
ex futura domo futuros lapides decisos, sicut in factis per
fundamentum tamquam per medium arguebamus ex facta
domo factos esse lapides decisos. Quae sunt Lec 16
Quoniam autem in his circulo
et cetera. Postquam philosophus instruxit nos quomodo de
beamus arguere in his quae non sunt simul, hic ad
ea quae fiunt circulariter, et quod ea facit quod prius est quod est
arguere circulariter. Sed quod dixit manifestat per ex
emplo declarat quomodo in his quae sunt circulo hoc demon
stra ibi In operibus autem. Circa ibi cum enim hoc dicit quomodo
quando videmus in his quae sunt esse quandam generationem circulo id est
circularem, quod dicit quod in aliquibus eventibus reperitur quaedam generatio cir
cularis et propter hoc secundum hoc fiat dicens quod contingit esse hic
id est generationem circularem in eventibus, vel contingit esse hic quod possumus
arguere generationem circularem in eventibus, sed ubi medium et termini con
sequuntur ad invicem. In his enim quidem est sic necesse et videtur
quod omnino est ad hoc in primis quod convertatur ad conclusiones
ille enim propositiones est quod enim convertuntur medium et extremitates
quod fiat conversio premissarum ad conclusionem et hoc et videtur
quod circulo autem hoc esse est. Nota autem quod sicut
modi tollendi sumunt originem ex modis ponendi
ita et modi arguendi possunt sumere originem ex mo
dis ponendi, quae ergo generant circularem et hanc generationem
circularem prius esse illa possunt de se ducere in terminos circula
res. Ideo propter hoc argumentatio de eis circularis. Deinde cum
dicit In operibus autem, quod dixit manifestat per exemplum dicens In
operibus autem supra nunc sic est videlicet quod sunt ibi generationes
circulares et quod possumus in aliquibus arguere circulariter,
et videtur quod depluta enim terra necesse est vaporem fieri; facto
autem hic id est vapore nubem id est necesse est fieri nubem; hac au
tem facta id est nube necesse est quod terram depluatam esse; hic autem erat
ex principio, quod dicit quod istud fuit prius assumptum in principio, et videtur
causa circulo convenire id est est ibi generatio circularis et
demonstratio circularis. Nota autem hic ea se habere circulari
ter videlicet terra depluta sive pluvia vapor et nubes,
sicut quando terra depluta est calor solis facit in
de elevare vapores, vaporibus elevatis fit nubes,
nube facta iterum fit pluvia, sic fit terra depluta;
ergo circulariter in talibus convenientes vel circulariter demonstrantur,
sicut per terram depluatam demonstramus terram depluatam. Nota
in quibus convenit circulo, sicut pluvia et vapor et nu

bus corruptibilibus contingit quod possit esse primum, quod medium et quod ultimum. Nam si incipias a pluvia, ex pluvia generabitur vapor, ex vapore nubes, propter quod pluvia erit primum, vapor medium, nubes ultimum. Si autem incipias a vapore, ex vapore generabitur nubes, ex nube pluvia; hic ergo nubes erit medium generatum et pluvia erit generatum ultimum, quae prius fuerat generatum primum, et vapor generatum primum quod prius erat generatum medium. Si vero incipias a nube, ex nube generabitur pluvia, ex pluvia vapor; in talibus ergo contra et in medio contingit quod possit primum fieri quod ultimum et econverso in generatis talibus medium sic contra et sic ita in argumentationibus possunt conclusiones sibi succedere et cetera, ut patet arguendo: pluvia est, ergo vapor, et ergo nubes et cetera; nubes est, ergo pluvia, et ergo vapor; hic est ergo circulatio, id est hic est generatio circularis et demonstratio circularis.

:/ cc

Dicendum est circa hoc quod in quibus talibus contingit demonstrationem fieri dicimus quod quibuslibet talibus potest demonstrari propter ipsum, ut pluvia per pluviam, vapor per vaporem, nubes per nubem, nebula iterum autem quod quodlibet, id est hoc cum sit alterum, id est secundum alterum et tertium, id est cum est secundum alterum, id est est tertium et tertium, id est cum est tertium primum, id est est primum; ergo cum est primum est primum. Incipias ergo a quolibet et quodlibet in illis propter ipsum, ut cum est pluvia est alterum, ut vapor, et cum est alterum, scilicet vapor, est alterum, id est nubes, et cum est hoc, scilicet nubes, est primum, id est pluvia; ergo cum est pluvia est pluvia. Sic idem fieret si incipies a vapore vel a nube; nam si est vapor est nubes, si nubes pluvia, si pluvia vapor; ergo si vapor, vapor. Quare hoc a quocumque incipias semper arguetur circulariter.

q°.

Dubitatur forte alicui utrum contingat circulariter arguere, et videtur quod sic per ea quae philosophus hic ponit; nam si pluvia vapor nubes se terminant circulariter, sic esse oportet quod se terminant circulariter secundum demonstrationem. Nam quae sunt causae in essendo possunt opinari esse causae in arguendo. Intelligendum est quod si contingeret circulariter demonstrare, tunc idem esset prius se ipso et notius se ipso, quia hic non idem omnino demonstratur propter ipsum. Ad hoc dicendum quod terminus prior in propositione est circulo demonstrare et etiam potissime. Nam in propositione est quod aliqua duo ita se habeant quod utrumque unum sit causa alterius et econverso, id est aliqua duo sic se habent quod propter unum est causa alterius et econverso. Sed hic non est secundum idem genus causae, ut potio est causa sanitatis et econverso, sed potio est causa sanitatis in genere causae efficientis, sanitas autem causa potionis in genere causae finalis, et quia secundum quod variatur genus causae variatur demonstratio, non erit circulus potissima demonstratio arguendo sanitatem ex potione et potionem ex sanitate, immo si volumus recte loqui hic non est circulatio, non enim videlicet sanitas est causa potionis et potio sanitatis, ergo sanitas est causa sanitatis, quia variatur ibi

medium. Sed non forte sic sillogizatur: quod causa est causa potionis est causa sanitatis; sanitas autem est causa potionis; ergo et cetera. Hic variatur medium et arguitur quaternio terminorum. Nam non accipitur causa in maiori et minori; nam cum dicitur quod est causa potionis est causa sanitatis, intelligitur in genere causae efficientis. Nam propositio hic videlicet quod causa est causa potionis est causa sanitatis, quia potio est causa sanitatis; ergo quod est causa potionis accipiatur eo modo quo potio est causa sanitatis, sed hic est in genere causae efficientis; ergo causa supra in maiori supponitur pro causa efficiente; cum vero in minori dicitur quod sanitas est causa potionis variatur ibi medium, quia sanitas non est causa potionis in genere causae efficientis sed finalis. Textus ergo per se non invenitur circulatio, quia non inveniuntur duae causae per se quae in eodem genere causae sint invicem causae, sed textus per accidens bene reperitur, ut pluvia est, in decisione fit vapor et vapor in decisione fit nubes et nubes in decisione fit pluvia; ergo pluvia est in decisione fit pluvia. Sed hic est textus per accidens, nam pluvia non est in decisione fit vapor loquendo per se. Nam nullum eius in actu est per se in ... per accidens, id est quod ex ente in actu fuit eius ut probatur primo physicorum et libro de generatione. Sed si acciperetur causa in illis per se, vapor non esset in pluviae nec econverso, sed in ... est eius in potentia et ad ... Sic autem accidit ... in illis per se non invenientes ibi ... Nam hic eius in potentia est in pluviae, non autem econverso. Sic etiam est in vaporis, non autem econverso.

Ulterius forte dubitatur utrum idem possit esse causa sui ipsius loquendo de causa per accidens ut idem possit demonstrari propter ipsum, et videtur quod sic. Textus supra: nam pluvia est causa pluviae. q°.

Dicendum quod idem est causa sui ipsius loquendo de eodem numero quodcumque accipiatur causa in illis per accidens, ut si ex pluvia fit vapor, ex vapore nubes, ex nube pluvia et tamen ex pluvia pluvia non est eadem pluvia numero ex qua fit vapor et quae postea generatur ex nube facta ex vapore ex pluvia. Ergo probatur pluvia, sed pluvia non probatur idem per idem; sed per pluviam corruptam probatur pluvia generata; corruptum autem et generatum sunt idem numero. Nam ut dicitur in fine de generatione quorum substantia corrumpitur non redeunt eadem numero. Quandocumque ergo accipiatur per accidens causa in illis non erit idem causa sui ipsius loquendo de propositione universali nec demonstrabitur circulariter idem per idem loquendo de tali propositione.

Rursus idem non potest esse causa sui ipsius immediate. Quandocumque accipiatur in per accidens, quandocumque accipiatur propositio non universalis, non enim ex aqua immediate generabitur aqua, sed ex aqua generabitur aer et rursus ex aere

potest iterum generari aqua. cum g° d̄r q idem p̄t eē in sui ipsius ca. sunt ibi no. p° q̄ si no p̄t ee p se sz p accñs. 2° q̄ idem no accipiat s̄ pdepitū̄ nua lē q̄ nunq̄ ex eadē nuo gnabit idē nuo. et tunc corruptū regnatū erit idē nuo. s̄z d̄z accipi idē s̄ spem. tertio est attendendū q̄ h no p̄t fi īmediate. s̄z me. flū q̄ .n. īmediate ex aq̄ generabit aq̄ et fruśt̄ ageret n̄ si aq̄ corrūpet ut aq̄ generaret ī m̄ q̄ eius sb̄ for̄ aq̄ no p̄t appere. q̄ expoliet̄ illa for̄ ut īduat̄ eadē for̄. Et g̊ diligēt̄ no q̄ si il īmediatō modica est ī g̊doe elom̄. maior est ī g̊doe admixtorū. s̄z est multo maior ī g̊doe mixtorū. possūt aūt vocari ad mixta vapor nubes et talia que no sūt pfc̄e mixta. modica est .n. talis mediatō ī g̊doe elementorū. flam ex aq̄ p̄t generari aer et statī ex aere p̄t generari aq̄. ita q̄ ex aq̄ fit aq̄ mediante aere. s̄z ī g̊doe admixtorū talis mediatō est maior ut ex pluuia fit vapor. s̄z no statī ex vapore fit pluuia. s̄z p° oz q̄ fiat nubes et ex nube pluuia mediante vapore et nube. ī mixtis aūt h̄ mediatō est multo maior fit .n. ex boue. bos pmlta me̊ q̄ moriat̄. putrescat. generabit̄ inde h̄ba de q̄ comedit uacca ex q̄ generat̄ mēstrue ex q̄ p̄ for̄ n̄ vitulus. vn̄ bos mortuus redit bos viuus s̄z p multa me̊ ut declarabit̄ ī vij. me̊. Vl̄ cr̄ forte dubitaret al̄s ut h̄ argumentatio ē circularis p accñs q̄ ex pluuia fiat pluuia arguat ad p se. Dd̄ q̄ circulatio ī istis īferioribus causat̄ p suos effectus arguit eē circulare motū. celi. causā p̄ ppam eorum. flam q̄ oīa me surḡt sīu a pīodo et q̄ oīa reuertāt̄ s̄ circulū ut q̄ ex boue mortuo fiat bos viuus et q̄ ex pluuia fiat pluuia et q̄ m̄ p° eius sb̄ for̄ eorū q̄ circulariter reuertat̄ ad eandē formā. totū ḡ ex circulacōe motus celestis vn̄ ī phis ī viij. ph. motū celi d̄r eē vitā q̄ndā oībz sb̄sistentibz n̄. .i. oībz entibz nālibz flam sic ex aīa est vita cor̄ q̄ oīs motus cor̄ vitales ul aīales causant̄ ex aīā. ita mot̊ celi est q̄i q̄dā vita ī oībz entibz nālibz q̄ oīs motus nāles causant̄ ex illo motu. p̄ q̄ ī motibz nālibz et potissime ī generatōibz et corruptōibz rerū oz eē q̄dā circulū cū oīa ista causent̄ ex motu circulari. Deinde cū d̄r sunt aūt q̄dā. In pte ista ut dicebat̄ aūt deducit causarū. pūt aliq̄ sunt sic sp̄. aliq̄ sic frequent̄ et q̄ ēa facit q̄ p° aūt aliq̄ eē sēp aliq̄ frequent̄ et q̄ quō debeam⁹ ea demr̄e que sunt frequent̄ dicit q̄ ad demrandū talia no debem⁹ accipe me̊ q̄ sit sp̄. s̄z q̄ sit frequent̄. Sc̄o q̄ dixit pbat. tertio epilogat eē determinata. P̄a ibi. s̄z .n. a de b. sc̄a ibi. quid g̊ sit. 3ª g̊ q̄ sunt aūt q̄dā que s̄ n̄r̄ et sp̄ que aūt et ī omni sic se hn̄t aūt fiunt alia uo no sp̄ quid̄ s̄z sic frequent̄ fiunt. ut no oīs homo masculus barbat̄. ul ut h̄z d̄ī ciñlacio barbat⁹ efficit̄. s̄z est sic frequent̄. et est h̄ ut ī ptibz et s̄bdit q̄ talium g̊ necē est me̊ sic frequent̄ eē. q̄.d. q̄ ad demrandū talia que sūt frequent̄ no debem⁹ accipe me̊ q̄ sit sp̄ s̄z sic frequent̄. Dubitaret forte al̄s ut m̄ possim⁹ arguē demr̄ē ex me̊ q̄ sit frequent̄. et vr̄ q̄ no. q̄ demr̄cō est ex necc̄ iis necc̄ia aūt sūt sp̄ g̊ et. Dd̄ q̄ no debem⁹ eē eūdē mo̊ demr̄di ī nālibz et ī mathe/n̄ in istis īferioribz et ī sup celestibz. flam mathe̊ca sūt eā q̄ g̊du certitudis. demr̄cōes mathe̊ce sūt p eām īfallibilē. s̄z cāe nāles possūt īpediri. et io no sp̄ faciūt effc̄s suos. ut q̄ hō efficiat̄ barbat⁹ vr̄ eē cā caliditas. flam caliditas est in refacē/h plexio aūt m̄g calefaca ē m̄g poro sa. corp⁹ g̊ masculinū ē m̄g porosū q̄ femininū. et inde oz q̄ sit m̄g pilosū. q̄ pori sunt m̄g p̄ui ut possint ī de exire pili. oz ī exīs q̄ pili ī masculo sint grossiores q̄ ī femina pp̄ āplitudinē pororū. s̄z hec cā p̄t taliā īpediri. q̄ plures sūt masculi no barbati. Arguem⁹ g̊ ex cāis nālibz suos effc̄s. no q̄ sp̄ tales effc̄s faciant s̄z q̄ g̊ est de se sp̄ sūt apta nata tales effc̄s fac̄e. h̄ est modicū si scivim⁹ cui effc̄s sūt apta nata eē ex cāibz eius. no est g̊ tanta necc̄itas ī nālibz sic ī mathe̊cis. n̄ tamen necc̄itas ī istis īferioribz q̄nta ī supcelestibz. ubi .n. sp̄ ex cāis sequūt̄ effc̄s sp̄ .n. ex tempore certo eclipsat̄ luna. et sp̄ ex tempore ne lune sol. no aūt h̄ sp̄ ex terre oliua gnā oliua. q̄ p̄t eē corrumpi ī terre. ul p̄t ex aliq̄ cā īpediri semē ut no pferat suū gmen. Vlt⁹ forte dubitaret al̄s ut m̄ eod̄ m̊ possim⁹ demr̄e argue ī nālibz et ī mathe̊cis. Dd̄ q̄ cū mathe̊ce cāe no possint īpediri. nāles aūt possūt īpediri no eodē m̊ argů est h̄ic et ibi. s̄z ī mathe̊cis argů est sīp̄l̄ et s̄ actū. ut h̄z ang̊ g̊ h̄z tres. ī nālibz uo s̄ aptitudinē. et ex ḡdicōe ut h̄z tale cām g̊ est aptū natū h̄re talē effcm ut ex tali cā no īpedita seq̄ talis effc̄s quedā g̊ necc̄itas est ī naturalibz ex pīs exq̄dem aptitudie et q̄ est de se. cāe nāles sp̄ sūt apte nate. n̄ ī pediat̄ pducē suos effc̄s aliq̄ g̊ cāe sūt ul̄ q̄.

q° no

q°

ad subiecta et sic quae ad tempus. ita quod tales cause in omni sic se habent quae ad ultimate subiecta que in fuit. scilicet in omni quae ad ultimate tempus in quantumcumque non subiceant esse. causa que non potest impediri habet esse effectus eius in quantumcumque habet esse talis causa habet esse effectus eius in nullibus autem causis eo quod possunt impediri habent talia esse secundum aptitudinem. Ex hoc obiciebatur in eodem quod demonstracio est contingentibus patet quod in ipsis nullibus est quedam necessitas secundum quandam aptitudinem concedimus tamen quod demonstraciones particulares habent quendam defectum in sua certitudine sicut demonstraciones mathematice. Considerandum tamen quod cum dicimus aliquam causam esse semper vel universaliter intelligitur est per relacionem ad causatum. ut eclipsis est semper quando est sua causa. et est universaliter ubi est sua causa. unde si contingat [illegible] lune et in omnis deponeretur terra in omnibus eius eclipsis. Deinde cum dicit Si a de b probat quod dixit. dixit enim quod in hiis que sunt frequenter. debet accipi medium ut frequenter. quod probat dicens. si enim a. predicetur de b. ut in pluribus. i. maior extremitas de medio. et b. de c. ut in pluribus. i. medium de minori extremitate necesse est et a de c. semper et de omni predicari hoc enim est esse universaliter. videlicet de omni et semper. sed suppositum est esse ut frequenter. quasi dicat quod si a de c. esset ut frequenter oportet quod medium b. accipiatur ut frequenter. quia si acciperetur ut universaliter et semper oporteret quod et a de c. esset ut universaliter et semper quod est contra hypothesim et contra id quod suppositum est. ideo subdit quod necesse est ergo et medium quod est in eo b. i. quod significatur per b. esse ut frequenter. et subdit quod erunt igitur et eorum que sunt frequenter principia i. cause sine medio. i. prime et immediate. quecumque frequenter sic sunt quae ad subiecta aut fuit quae ad tempora. quecumque ergo causata sunt frequenter habent causas que sunt frequenter quae ad subiecta vel que sunt frequenter habent causas que sunt frequenter quae ad tempora. Deinde cum dicit quo igitur sit. epilogat determinata dicens quod ergo sit quod quid est in terminos sillogismorum assignatum est. i. ostensum est. et subdit quomodo talis demonstracio aut diffinicio sit ipsius quod quid est. aut non demonstratum est prius. Considerandum autem quod sicut singula genera habent demonstrare sic singula genera causarum habent diffinire. unde in vii et viii methaphisice condempnantur diffiniciones [illegible] que erant per omnia genera. Considerandum ergo quod singula genera causarum possunt esse media in demonstracionibus. est assignare quomodo quod quid est sit quomodo diffinicio per omnia genera causarum sit tale medium. hoc est ergo quod intendit prima parte epylogi cum dicit quod assignatum est. i. ostensum quomodo quod quid est. i. quomodo diffinicio sit in terminos sillogismorum. i. sit medium ad sillogismum. hoc enim diffuse demonstratum est. quomodo quod quid est sit diffinicio sit in tales terminos. vel sit tale medium. dum diffuse demonstratum est quomodo singula genera causarum possunt accipi in tales terminos vel possunt accipi ut tale medium. sed quomodo singula genera causarum sunt possunt diffiniciones ad demonstrandum. Considerandum autem quod subiectorum ipsorum est diffinicio et per se passionum est demonstracio. Considerandum autem possumus exponere secundam partem epylogi videlicet quod patet per predicta quomodo ipsius quod quid est est demonstracio et quomodo non et quomodo eius est diffinicio et quomodo non. Nam ipsius quod quid est subiecti non est proprie demonstracio sed diffinicio ipsius autem accidentis est demonstracio vel possumus aliter dicere quod ipsa causa accidentis que significatur per quod quid est. i. per diffinicionem potest considerari dupliciter vel ut est accidens in se. et sic ipsius quod quid est accidentis vel ipsius cause accidentis est diffinicio quia accidens per se et in abstracto diffinitur vel potest considerari ipsum quod quid est sicut ipsa causa accidentis in ordine ad subiectum et sic demonstratur. patet quod patet quomodo ipsius quod quid est et ipsius cause passionis est diffinicio et quomodo non. quia secundum quod accipitur in abstracto diffinitur. ut autem accipitur cum alio non diffinitur quia hoc modo alibi non est diffinicio sed et patet quomodo ipsius est demonstracio et quomodo non. quia ipsius per se non est demonstracio sed ut est in alio est demonstracio.

Quomodo autem oportet venari que in quod quid est. Dicebatur supra quod esse quod quid est quo principaliter intendebat philosophus ostendere primo quid scilicet habet ad demonstracionem. secundo vero quomodo possumus venari et investigare quod quid est. quod primum ergo declaratum est. quomodo quod quid est se habeat ad demonstracionem. et quod hic intendatur in precedenti parte patet ex epylogo immediate habito ubi dicitur assignatum est. i. ostensum est quomodo quod quid est sit in terminos sillogismorum et quomodo ipsius sit demonstracio in hac parte intendit de secundo principaliter videlicet quomodo possumus venari et investigare quod quid est. ipsum quod scimus quod ipsum quod quid est. est id quod per diffinicionem exprimitur et in libro isto medium demonstracionis. verum est. quia sicut omne genus causae potest fieri diffinicio non ergo possemus sufficienter scire quomodo venari quod quid est nisi sciremus venari diffinicionem et nisi sciremus venari quomodo accidens sit medium. et enim ad demonstrandum id quod facit quia prius dat artem quomodo accidentia sit diffinicio subiecti. secundo quomodo accidentia sit diffinicio passionis et ideo docet invenire terminos medium et terminos ad determinandum passionem de subiecto. secunda ibi Quemadmodum autem oportet tendendum. circa ibi ut habeamus autem proposita esse primo duo facit quia primo continuat se ad dicta secundo exequitur de intento ibi eorum igitur que insunt. Dicit igitur quomodo autem oportet venari venatica i. ducentia vel predicancia uno consonat cum translacione ... quod quid est. nunc dicemus et dicit est primo per quod ducimur in id quod potest dici quod venatur et venatica, venatici

dnr eo q in pdca nos ducunt. dissimilitudo dnr ex univocacione in eo q q ex ducunt nos in cognitionem conditionis sub tn similitudinem alia non oz ul nos sb aliare 3o .n. h3 alia similacio. quo aut oz venari q in eo q q predicatur nunc dicimus q dem planu et clarius h3 intellectum ¶ Idem cum d. eorum g que sunt in suis. exemplum de ternario pp q sunt q aut ad acceptionem diffinitionem ibi est duplex una que est bona simpliciter et alia q est bona in tali. eius bo simpliciter est ut accipiatur primum genus et ppa dria et eius aut bo in talu est ut cum ignoratur ppa dria q loco ppe drie accipiantur alia plura quorum q13 se habeat in plus et oia deque duo go facit q3 p dat ante diffinitionem que est bona in talu bo dat medium que est bo simpliciter ibi coniunctum aut est cum totum. exemplum q d. f. q3 p premittit q dicit diffinitionem bo ex dicere premissa doc3 nos cognoscere qualia sunt illa que diffinitionem ingrediuntur. ibi h3 aut accidentia de g q eorum q in sunt unicuique. ulr eadem extenduntur in plus non tn ex genus. et exponit se q appellet ex in plus dicens dico aut in plus ea que cumque in sunt quidem uli. unicuique at uo h3 alii ut p est in plus q ho q predicatur uli de hoie et est alii q in hoi ut puta bipes q predicatur uli de hoie et est in plus q ho q3 in est alii ab hoie non tn est ex al. q est genus hois est g ad q predicatur uli et est in plus q non extendit se ex genus et est a o q se extendit io subdit il ad q oi unitati in est h3 et non unitati sic q est .i. sic ens. ens .n. ita est in plus q unitas q extendit se ex genus unitatis io subdit q in est unitati 3 et non uno q. d. q ens ita in est unitati uli q in extendit se ex numerum q est genus unitatis. q3 ens in est et non uno .i. predicatur de aliquo quod non est numerus et subdit q h3 impar in est oi unitati et in plus est supple q unitas q3 in est ipsi etiam et subdit h3 non ex genus. etiam .n. est q de nus. nullum aut impar ex numerum est q. d. q in par ternario q in est alii q ternario q3 in est quaternario non pp h est ex genus numeri q3 ipse quaternarius numerus est in mo nullum impar est ex genus numeri est g in ternario sua q aliis q est .i. ens predicatur ulr de ternario et est in plus q ternarius et aliis impar similiter ens ita est in plus q extendit se ex numerum q est genus unitatis 3 impar non se extendit ex numerum q est hic genus. ¶ Idem at d. isti aut accidentia ex ditione data o qualia debemus ex accipi ad fundandum diffinitionem. ex q d. f. q p facit q dem est. bo q dixit manifestat p ex ibi ut unitati coniunctum

a sic dem est q quedam ulia predicata se habent in plus. quedam se extendunt ex genus. quedam aut non. q3 sic est accidentia sunt q supra h predicata ulia se hnt cia in plus usque ad h .i. usque ad tm numerum. sic usque ad tale numerum quousque tot accipiantur quorum unum q3 q quidem talium. s. predicatorum in plus sit. oia aut non in plus sunt. hanc g necesse est esse substantiam rei .i. substantialem diffinitionem. q. d. cum tot sunt accepta ulia predicata hntia se in plus non extendentia se ex genus q oia sil sumpta non se hnt in plus q ipsum diffinitum tunc ex talibus predicatis constituitur sua ul diffinitio ¶ Dubitatur forte a q. q3 vel h sim. q q13 ps diffinitionis se dicat hnt in plus et totum in esse similiter ultima dria sp convertitur cum diffinito s. phm q in aie 3 bii sicut enim drias alias findentis pedes tot esse h drie q sunt alia findentia pedes similiter g drias ppar sb aliquo genere esse tot in modo species sb illo genere. q non esset n dria ultima converteretur cum spe ¶ Id q q3 ig note sunt nobis forte similiter et q ignote sunt nobis drie ppe exlr infra mala in triar diffinitionis primo q faciamus diffinitionem explibz q ex duobus solum ea debent concurrere ad diffinitionem quorum unum scilicet ut in rut po videlz genus et a ut actus ut sor videlz differentia similiter .n. ex duobus fit unum non unum se hcat ut po et a ut actus non oz dare tertium q3 non recipitur ibi .n. cella n clauus ad coniungendum actum po. io tertium sp est superfluum duo q solum requiruntur po et actus ad constitutionem rei. attn q3 alii inordinatum est nob genus ppum tunc loco generis ppi ponimus genus remotum usque ad drias ultimas ut si esset diffinitio hois al mansuetum bipes. totum h al mansuetum acciperet loco generis ppi pri et bipes se hret ut specifica dria. Rursus q3 alii est nobis ignota dria ppa tunc loco drie ppe assumimus duas drias q q13 se h3 in plus et ambe in eque. et si non sufficiunt due accipimus plures aliae tales ut puta si esset nb ignota ppa dria hois accipemus gressibile bipes loco drie ppe quarum q13 se h3 in plus et totum in eque gressibile .n. est in plus q ho eo q equus et alia quadrupedia sunt gressibilia et bipes in plus q ho q3 volatilia sunt bipedia 3 h totum gressibile bipes forte est solus ho q g sic accipiantur multa que sunt in plus totum autem non in plus. h3 in eque. h est ex ignorantia drie ppe Ex g o obicitur q dria ppa convertitur d' 03 q vm est si esset illa nob nota. 3 q3 non est nob nota loco illius accipimus alia plura quorum q13 se hcat in plus et totum in eque ¶ Videlicet forte dubitatur a q. ut iste

q° Cb 17 q°

modus sit generis. Sed quod genericius est si secundum differentiam propriam tantum post diffinitionem continentem differentiam propriam. Hec est generior diffinitio. Cum loco proprie differentie accipiuntur plura quorum utrumque se habet in plus et totum in eque quod non est aliud quam ita nos dicat in diffinitione ponere sic genus et differentiam quod habet respectum ad aliud. Ut si loco differentie proprie hominis accipitur gressibile bipes. Gressibile differentia generalis quam habet homo cum aliis terrestribus et differentiam quam habet cum volatilibus; bipes autem e contrario differentia convenientia ad volatilia et differentiam ad terrestria. In his ergo duobus continetur differentia et convenientia ipsius hominis tam ad alia volatilia quam ad terrestria. Et quia hic est modus magis conveniendi in diffinitione proprie differentie ideo post diffinitionem continentem differentiam propriam, videlicet hic modus esse congruentior. Solet forte dubitari aliquis utrum secundum virtutem possit fieri diffinitio per hunc modum. Et dico quod non. Nam quod aliqua sic se habeant ad invicem quod utrumque illorum se habeat in plus et totum in eque, hoc esse non potest nisi quod illa duo se habent sicut excedentia et excessa. Ut ponamus quod homo niger se habet tamquam cum ethiope; videmus enim quod homo est in plus quam ethiops, et nigrum in plus quam ethiops, homo tamen niger positus est in toto in eque. Quod si sic est oportet quod homo et niger se habeant sicut excedentia et excessa. Nam scilicet non esset non posset esse quod utrumque esset in plus et totum in eque. Nam si nigrum non reperitur nisi in homine et homo est in plus quam ethiops, homo autem niger convertitur cum ethiope, oportet quod nigrum convertatur cum ethiope. Quod si non sed detur oppositum, scilicet aliquid est nigrum quod non ethiops, sit illud a. Arguimus ergo: vel a sit homo vel non. Si non est homo, hoc est contra ypothesim; supponebamus enim quod nigrum non se extenderet extra hominem. Si autem est homo et non est ethiops, ergo homo niger non convertitur cum ethiope, quod est contra ypothesim. Quod si ergo aliqua duo sic se habeant ad invicem quod utrumque sit in plus et totum in eque, hoc esse non potest nisi utrumque illorum duorum restringat aliud, et si utrumque vel si utrumque restringat utrumque, utrumque erit restringens et restrictum et per omnes utrumque erit excedens et excessum. Nam non restringit nisi quod excedit et non restringitur nisi quod exceditur. Esse ergo restringens et restrictum est esse excedens et excessum. Sed impossibile est secundum virtutem in diffinitione esse duo aliqua se habentia sicut excedentia et excessa. Nam in diffinitione sunt genus et differentia, vel si sunt ibi plures differentie hec erunt secundum ordinem predicamentalem, quarum una erit differentia generis superioris et alia inferioris. Genus ergo et differentia non possunt se habere sicut excedens et excessum quia differentia non se extendit extra genus. Rursus due differentie ordinate secundum ordinem predicamentalem non possunt sic se habere si bene date sint. Nam differentia generis inferioris si bene data sit non potest extra

q°

differentiam generis superioris. Talis ergo diffinitio continens plura quorum utrumque est in plus et totum in eque non est diffinitio vera, sed potest esse supplens in esse diffinitionis vere. Ultimus ergo modus diffiniendi tangitur hic a philosopho non est bonus simpliciter sed est bonus quo ad nos, et est bonus tamen ut diximus in quantum [illegible] quando nobis sunt ignote differentie proprie ut supra diximus. Ideo hic modus est nobis competens et post diffinitionem continentem differentiam propriam hec diffinitio est congruentior quia continet aliqua quorum utrumque sit in plus et totum in eque, ut est exemplum perscripta in [illegible].

Deinde cum dicit ut unitati, manifestat quod dixit per exemplum de diffinitione ternarii, et quod ex ea facit quod posuit dat diffinitionem ternarii. Secundo ostendit diffinitionem illam esse secundum datam methodum sive secundum datam artem. Tertio declarat quod talis diffinitio sit diffinitio ternarii. Secunda ibi hoc enim. Tertia ibi quoniam autem omnium est. Dicit ergo ut unitati et est omnis numerus impar utrobique primus, quasi dicat quod diffinitio debet continere aliqua quorum utrumque sit in plus et totum in eque, ut numerus utrobique primus et est enim ternarius supra numerum predictum, quorum utrumque horum est in plus quam ternarius, totum autem non in plus sed in eque. Et exponit se quid appellatur numerus utrobique primus, dicens quod supra numerus utrobique primus dicitur sic quod est non mensuratus numero et sic non componi ex numeris. Hec itaque ternarius est, quasi dicat: completa est diffinitio ternarii numerus impar primus, et sic primus videlicet utrobique. Secundo autem quod numerus primus dicitur quod non producitur ex numeris sed ex sola replicatione unitatis producitur. Sed non produci ex numeris est dupliciter: vel ex ductu numeri in numerum vel ex aggregatione numeri cum numero. Ternarius enim non producitur ex numeris ex ductu numeri in numerum quia nullus numerus ductus in aliquem numerum facit ternarium. Tamen ternarius bene producitur ex numeris ex aggregatione numeri cum numero, quia ex aggregatione binarii cum unitate constituitur ternarius. Ternarius ergo non est primus nisi uno modo. Senarius autem nullo modo est primus quia utroque modo constituitur ex numeris. Constituitur enim ex ductu numeri in numerum quia ex ductu binarii in ternarium constituitur senarius. Nam ter duo sex faciunt. Rursus constituitur senarius ex aggregatione numeri cum numero. Nam duo cum quatuor sex faciunt. Ternarius autem est primus utroque modo, quia non producitur ex ductu numeri in numerum. Et hic appellat philosophus non mensuratum numero, nam numerus qui ductus est in alium numerum producit aliquem numerum; ille numerus per illum numerum dicitur mensurare productum numerum. Ut si binarius ductus in ternarium facit senarium, binarius mensurabit senarium per ternarium quia est tertia pars senarii; per hoc enim binarius mensurat senarium sicut ulna mensurat pannum quotiens sumitur quod est panno, sic binarius

senarium

se ternarium mensurat senarium qui est duplus eius et
senario. ternarius autem est primus isto modo quia nullus
numerus ductus in alium numerum mensurat ternarium
vel producat ipsum. Rursus ternarius est primus alio
modo quia non componitur ex numeris nullus enim numerus compo
situs alteri numero facit ternarium. Deinde cum dicit
horum enim probat hanc diffinitionem esse secundum datam methodum
scilicet secundum datam artem dicens horum enim sunt horum quaedam unum
quodque est in plus quam ternarius quia patet. Nam aliud quidem vi
delicet numerus impar inest omnibus imparibus aliis a ternario
ultimum autem videlicet utroque primus in dualitate super in
est. omnia autem id est totum simul nulli super alii inest nisi
ternario est ergo haec diffinitio ternarii secundum datam metho
dum. quia quaelibet pars est in plus et totum convertitur. Notandum
quod esse utroque primum id est non mensurari vel non produci ex
ductu numeri in alium nec produci ex compositione numeri in nume
rum cum numero. non solum competit ternario sed et du
alitati. Nam nullus numerus ductus in alium numerum fa
cit dualitatem et nullus numerus compositus cum alio numero
facit ipsam. numerus ergo impar est in plus quam ternarius
quia competit aliis imparibus et esse utroque primum est
in plus quam ternarius quia competit binario totum autem
simul videlicet numerus impar utroque primus soli ternario
competit. Deinde cum dicit quoniam autem ostensum est de
clarat quomodo haec diffinitio ternarii quantum autem ad praesens spec
tat duo requiruntur ad hoc quod sit diffinitio quod praedi
cetur universaliter et convertibiliter et quod dicat totam substantiam rei
circa ergo facit philosophus quia primo probat quod haec quae data est
praedicatur universaliter et convertibiliter de ternario secundo ostendit quod di
cat substantiam eius tertio concludit quod eo modo quo accep
ta est diffinitio de ternario possibile accipi de aliis. Ad secundum
ibi, quia autem substantia sit. tertium ibi Quae ex talibus etc. Dicit ergo
quoniam autem ostensum est nobis id est a nobis in superioribus necessaria
quaedam sunt in eo quod quid est praedicata. quod dicit quod praedicantur
in eo quod quid sunt necessaria. et subdit universalia autem necessaria sunt.
quod dicit quod talia necessaria sunt. quod dicit quod talia necessaria vi
delicet praedicantur in eo quod quid sunt universalia id est praedicantur universaliter.
Si ergo ea quae posita sunt in diffinitione ternarii praedi
cantur in eo quod quid et quia datum est quod talia debent acci
pi omnia quod illa praedicentur convertibiliter et universaliter de ternario ideo
subdit quod ternario autem et cetera vel in quocumque alio
in eo quod quid accipiuntur sic id est accepta sunt sic videlicet
secundum datam artem. accepta autem sic ternarius erit haec quae
sunt accepta convertibiliter et super et universaliter id est quod quae sic
accepta erunt convertibiliter et universaliter praedicabuntur de terni
tate. Notandum autem quod data methodus est quod ac
cepta sunt haec quae sunt in plus et non se exten
dunt extra genus et quot sunt accepta de talibus extra quaelibet

est in plus quam omnia simul accepta non sunt in plus sed in
aeque. Si ergo accepta non se extendent extra genus et
sunt ordinata in genere omnia quae pertineant ad quidditatem rei
et quia talia insunt convertibiliter et praedicantur universaliter omnia quae ea quae
sunt accepta in diffinitione ternarii si sic accepta sunt
quod ternarius sit convertibiliter haec quae sunt accepta id est quae sic ac
cepta praedicantur convertibiliter de ternario et insuper omnia quae
praedicantur universaliter. Dubitaret forte aliquis. quia non videtur
quod posita in diffinitione ternarii praedicentur essentialiter de terna
rio quia esse primum et non mensurari numero. vel non esse primum
sed mensurari numero videntur esse quaedam proprietates numeri
dato quod non sint proprietates. hoc non obstat. nam
quia ignotae sunt differentiae essentiales utimur talibus loco di
fferentiarum essentialium sicut ergo bipes ponitur differentia hominis et dicitur esse
et tamen significat membrorum esse quod diversa actus est. actum eius ne
scimus differentiam essentialem significamus eam nomine alicuius acci
dentis. ut per gressibile significamus propriam naturam quae etiam secundum se acci
dentia nominant tamen ut ingrediuntur diffinitionem ponuntur vi
ce differentiarum substantialium et assumuntur ad significandum rei
essentiam nam et ipsa nomina substantiarum ut plurimum ab accidentibus sunt as
sumpta. ut lapis a laesione pedis et pes a cadendo pe
dis secundum grammaticalem ethymologiam quod dicit quod pes dicitur quasi
pede terra. Deinde cum dicit quod autem substantia. dicit quod substantia ter
narii est extremum et quod diffinitio data dicit totam substantiam
ternarii. dicit quod autem substantia sit ternarii sit extremum id est com
positum in praedicta diffinitione. manifestum est extremum autem dicitur et sub
dit quod necesse esset. nam si hoc esset esse ternarium id est nisi in hoc consisteret
essentialis diffinitio ternarii quae dicitur esse eius. ut genus ali
quod esset. quod dicit quod si non esse diffinitio esset genus et subdit. quod hoc
autem id est hoc genus aut nominatum aut non nominatum. erit
ergo in plus quam ternarius esset vel quam ternarius esset. quod dicit quod sive
genus sit sic nominatum sive innominatum id est non nominatum erit
in plus quam ternarius quia necessarium est hoc esse genus quod quidem
secundum potentiam est in plus super quam ea quae sunt in genere. et quia non
assignata de ternario non est in plus quam ternarius. non erit genus
sed si non est genus et praedicatur in quid omnia quod sit diffinitio di
cens essentiam sive esse quidditatem rei ideo subdit si itaque super
id data nulli alii inerit quam athomis id est quam individuis
ternarii hoc utique erit esse id est diffinitio ternarii et subdit quod
supponatur enim et cetera haec substantia id est substantialis diffinitio. unicuique
quae est ultimum id est finale praedicatum in athomis id est
in individuis rei. Notandum autem quod usque ad ultimam differentiam
non habetur ultimum id est finale praedicatum quod non inest nisi atho
mis id est nisi individuis speciei nam hoc modo fit diffinitio secundum aggreg
ando differentias secundum aggregando donec totum aggregatum sit
est speciei et tunc illud totum aggregatum quod est sic ultimo adae
quatum speciei non praedicatur de aliis nisi de solis athomis
id est individuis illius speciei. Notandum et quod non proprie diffiniuntur nisi

spes spalissima non quod est de se in spes. sed quod est divisibile in atthoma i. individua propter quod in relatione spalem facit de atthomis i. de individuis. Notandum quod si esset diffinitio hominis quod est substantia animata sensibilis gressibilis bipes usque ad ultimam differentiam que adde esset diffinitionem datam homini secundum acceptum scilicet ut genus. substantia enim animata scilicet ut genus ad hominem et substantia animata sensibilis gressibilis ut genus. cum que additum est ibi bipes quod non scilicet in plus ovide. ita est diffinitio si enim sciremus nominare totum precedens uno nomine ut tamquam genus et bipes tamquam differentia faciens diffinitionem secundum suppo nes plis de totum datam de entis vel esse genus vel diffinitionem non est quod genus quod non predicatur in plus. reliquitur ergo quod sic diffinitio eo quod predicatur in equali. nam quod predicatur in equali et predicatur in equali diffinitio est. genus enim non predicatur in equale. differentia autem non predicatur in equali. diffinitio autem et in quod in equale. Dubitatur forte aliquis quo genus secundum potentiam est in plus. quod que sunt in genere. Notandum quod interio ita non sunt in superioribus actu sed potentia genus enim potentia habet omnes differentias. actu vero nulla. et sic genus genus omnes differentias potentia/nulla autem actu. sic genus omnes spes potentia. quasi/ nulla autem actu/ ymaginabitur enim quasi genus non sic ordo sic materia quod non est potentia pura. genus autem est forma media inter potentiam et actum ut dicitur supra/actum et ad presens spectat genus habet magnam similitudinem cum materia. Item sicut materia est quedam fundamentum non et non est actu sed materia est omnia in potentia ut et per ad ventum differentiarum forma sit quasi in actu/ita quod intelligit genus. sed quod hic non intelligit aliquam speciem in actu et ad inveniendo varias differentias generis/potest intelligere quasi speciem in actu/unde ergo verum est quod genus secundum potentiam est in plus. quod quasi sua spes. quod in potentia est omnes sue spes. Deinde cum dicitur contra alium scilicet conclusio ex dictis quod eo modo quo accepta est diffinitio contrarii potest accipi diffinitio et contrariorum aliorum dicens contra et alii causa sic deviator i. sic diffiniatur sicut diffinitiva est entitas sil iterum vel erit idem. i. eadem diffinitio quod dicitur quod quamvis ad a contrarie sic diffiniatur ad idem quod sic se habebit ad tale diffinitum sicut diffinitio entitatis scilicet ad entitatem. primo sed idem erit et esse i. diffinitio talis diffinitiva sic diffinitio data de contrarie est diffinitio entitatis. Deinde cum dicitur cognitum autem est. postquam auctor dedit artem et methodum quo accidentia sic diffinitio que est bona inventa. In parte ista dat hic artem et methodum que est bona sicut est enim ars et methadus. bona sicut scire dividere genus vel scire accipere proprium genus et scire accipere proprias differentias esse quod ergo facit quod primo dat artem quo accidentia sic hic diffinitio que est bona sicut. secundo ostendit quod hic ars sit utilis.

tio declarat quod sic potest. tertio resumit artem datam ostendens esse sufficientem. secunda ibi. sed videlicet que sunt. tertia ibi. non autem oportet videntem. quarta ibi. ad probandum autem dicendum. est primum enim facit quod primo docet cum dividere genus vel docet accipere proprium genus. secundo docet accipere proprias differentias quod supposita ad probat secunda ibi. postquam autem. tertia ibi. propter ea. dicit ergo quod cognitum autem est cum aliquis negocietur aliquod totum i. esse aliquod totum quod oportet diffinire decipere i. dividere genus in prima atthoma spe vel in primas atthomas spes i. in spes spalissimas ut numerus i. ut si divideretur numerus in dualitatem et unitatem preter i. postquam sic divisum est genus sic sed oportet temptare accipere diffinitiones illarum sperum et sub dit ut recte linee et circuli et anguli recti quod dicitur quod sic accidentia est diffinitio dualitatis et unitatis et aliarum sperum numeri sic accidentia est diffinitio aliarum sperum contentarum sub aliis generibus ut diffinitio recte linee circuli et anguli recti debemus ergo temptare diffinitionem accipere dualitatis unitatis et aliarum sperum spalissimarum ut diffinitionem recte linee et anguli recti. Notandum autem quod in hiis phylosophus docuit nos sic dividere genus dedit nobis artem accidentia proprium genus quod dividit in spes spalissimas est proprium genus illarum sperum genus non proprium sed longinquum non dividitur in spes spalissimas sed in spes subalternas. dividere ergo genus in atthoma spe vel in atthomas spes vel in spes spalissimas est via ad cognoscendum proprium genus. Notandum quod genus vel dividetur in duas spes subalternas vel in duas spes spalissimas vel in unam speciem spalissimam et aliam subalternam supponimus enim divisionem debere esse bimembrem sed ergo dividatur genus in duas spes subalternas tale genus non accipietur ut proprium in diffinitione spei spalissime sed vero si divisionem rectam dividatur in speciem spalissimam et subalternam poterit accipi ut genus proprium in diffinitione illius unius spei spalissime sed si dividatur proprie dividere in duas spes spalissimas poterit accipi ut genus proprium in diffinitione utriusque via ergo recta et ars debita ad cognoscendum proprium genus est facere divisionem in atthoma spe i. in individua et in spes sunt in spes spalissimas. Notandum quod autem quod debemus dividere genus in atthoma spe prima vel in atthomas spes primas. quod non est genus proprium ad diffiniendum speciem spalissimam nisi genus cuius quod prima et immediata dividere dividitur in talem speciem unde atthome spes accidentia per divisionem generis sunt accidentia prime et immediate sub illo genere quod sic accipietur genus proprium illarum sperum nam dividere non prima et immediata sed remota per multa media poterit in genus generalissimum dividi

in spes specialissimas // Textus et quod aut cognitum est ut
denotet hanc partem datam de diffinitione videlicet diffi
nitur quod propositum genus et per propriam differentiam esse con
gruam supra formam atque dati supra quod diffinitur
ad particularia quorum quodlibet sit in plus et totum in eque
non est consequentia supra sed in eadem ut cum non possumus
scire propriam differentiam // Textus et quod aut cum nego
cietur totum aliquid .i. est totum aliquid quod diffinitio ut
dicitur in vii metaphysice est primo et primo hic partes eorum ut
ibi dicitur quod partes diffinitionis correspondeant partibus rei
diffinite cuiusmodi autem sunt iste partes aut rei aut rationis
non est presentis speculationis sufficit autem ad pre
sens scire quod sunt oportet diffinitionem habere partes rei et diffiniti
et si diffinitum necesse est habere partes necesse est di
ffinitum esse quia totum philosophus quasi volens loqui de ne
gociatione esse diffinitum ut cum totum aliquid .i. esse to
tum idem quod idem est quod esse aliquid diffinitum // Textus Deinde
cum dicitur posteriora aut. quod docuit nos accipere proprium ge
nus docet nos accipere propriam differentiam dicens post hec autem .i. post
quam divisimus genus in athomas species et cetera hic accepimus
genus proprium accidit est quod genus sit .i. quod predicamentum sit
in quo est genus proprium vel in quo sunt ille species atho
me que sunt diffinitiones ut equalis et contrarius et proprias
passiones speculari quasi dicat quod postquam vidimus quod
genus et quod predicamentum sit in quo sunt illa que
debent diffiniri ut utrum sit equalis et contrarius
debemus speculari ea que sunt propria illius generis sive
illius predicamenti et videre eam compositas .i. supra dif
finitionibus ex athomis .i. quod recipiunt athome spe
per communia prima .i. propria ipsius generis generalissimi sive
ipsius predicamenti que sunt communia prima convenientia ex diffi
nitionibus .i. ea que sunt convenientia ad diffinitiones manife
sta erunt quasi dicat quod hic non potuimus invenire convenientia
ad diffinitiones aliquam non potuimus facere diffinitiones compo
sitas ex athomis .i. ex differentiis propriis vel ex atho
mis .i. quod recipiunt species athome per communia prima
et propria totius predicamenti // Textus Dubitaretur forte quis
quid prodest speculari propria totius generis generalissimi
et que per talia communia prima sunt manifesta ea que
sunt convenientia ex diffinitionibus .i. ad diffinitiones et quid ta
lia communia prima valent ad sunt applicata diffinitionibus
compositis ex athomis .i. ex differentiis propriis que
sunt rationes athome .i. individualis per speciem quod tales
rationes sunt convertibiles cum speciebus specialissimis //
Textus Ad hoc modicum quod dixit philosophus est primum regula
ad considerandum convertibiles et proprias differentias primum cum enim
formam facile est videre quod competit uni homini quod non
competit alii sed ut utrum sit differentia propria que debeat

ingredi diffinitionem eius ad hoc invenienda dandum regulam
per ea que sunt propria ipsi sive quod est generalissimum
predicamentum ut si videmus quod per risibile differt homo ab
omnibus aliis non statim debemus currere ad accipiendum
risibile tanquam propriam differentiam sed per ea que sunt propria
ipsi generi generalissimo et ipsi predicamento sive debe
mus videre utrum risibile pertineat ad predicamentum suum
quod si per risibile differt homo ab omnibus aliis et risibile per
tinet ad predicamentum suum ex hoc potest colligi et
haberi quod risibile sit propria differentia hominis propria quasi totius
predicamento que sunt communia prima sunt regula ad
investigandum ea que sunt convertibilia omnibus contentis in
illo predicamento et quod datum est de substantia intelligendum est de
quantitate et de aliis predicamentis ut si album non habet
esse in tempore non bene facit ille qui vellet diffinire
tempus per album sed postquam invenisset quod album non re
pertur in tempore et quod est proprium tempori ad hunc debet
videre per ea que sunt propria quantitatis ut puta quod deinde
quantitatis est quod sit quod distincte vel deinde quantitatis
quod est quod sit quod non se convertit per talia et quia debet
et videre utrum album pertinet ad predicamentum quantita
tis in quo hic est tempus qui dicitur diffiniri // Textus Deinde
cum dicitur propria ea. assignat causam dicti. dicens propter ea sunt
considerata talia communia que sunt propria totius predicamento
propter ea hic est factum quod per quod primum sunt principium est omnium
diffinitionum quod est simplex et simplex in simplicibus
in eo sunt quod convenientia per se solum aliis autem per illa
quasi dicat quod quod omnibus aliis conveniunt ea que conveniunt per simplicia
et per prima communia. simplicibus autem que eis non conveniunt
per alia id est quia ista simplicia sunt primum et regula
ad investigandum diffinitiones et proprias differentias et alia que
convertibilia conveniunt aliis // Textus Dubitaretur forte aliquis quid vo
luit dicere quod simplicibus .i. illis non conveniant aliqua
per alia sed aliis per ipsa. formam habent etiam convenientie si
et aliis superioribus per tempus // Textus Ad quod particulariter
ad convenientie simplici et superiori sunt magis quam per in
ferius sed illi est in propositione formam quod competit tempori per se
non potest illi competere sicut cetera quod .n. competit sic per
se quod competit omni tempori et quod ad diffinitionem non sunt
utilia nisi que competunt illi loquendo de hiis que illi
competunt. Certum est quod quanto aliquid sunt magis generalissi
ma et magis simplicia tanto magis competit ei aliquid
illi per se et aliis competunt per illa. quanto autem aliquid
magis sunt in termina tanto eis competunt plura illi per
alia quod quecumque competit illi superioribus competit illi
omnibus inferioribus sed non econverso per talia .n. quia et generalia
totius predicamento eo quod sunt causa omnium eorum que in illis sunt hic
que sunt in predicamento regulam ad cognoscendum

c° 3°

ea que sunt propria eis, conveniunt in predicamento eo, id est que conveniunt uni omnibus hiis que sunt in predicamento substantie. et talia et que conveniunt toti substantie sunt ea eorum que conveniunt hiis que sunt in predicamento substantie. ideo considerare talia que in loco utrumque ad accipiendum propria ut patuit in tabe [...] dicta. et non in parte post per conditionem hanc. cum dictum sit in hac questione talia communia esse cum propriis. Sunt secundum.

Teo 18 Sex divisiones que differencias et cetera. postquam philosophus dedit artem et methodum qua sit accidentis diffinitio. In parte ista ut dicebatur ostendit quid hec ars sit utilis propter quod sciendum quod utile est predictum accipere diffinitionem non via sillogistica sed via collectiva. secundum quod divisionibus non accipimus medium dicendum ex quibus constituitur diffinitio sillogizando quia ut patuit supra sciendum petendum quod est in principio. Sed accipimus hec membra colligendo et coniungendo unum alteri. est autem utile procedere sic via divisiva colligendo et coniungendo membra dicendum ad tria. primo ad habendum ea que sunt in eo quod quid. secundo ad habendum ea ordinate. tertio ad habendum ea omnia. in hiis tribus consistat tota ars distincta videlicet quod accipiantur ea que sunt in eo quod quid. quod accipiantur ordinate et quod accipiantur omnia. Si enim accipiantur ea que pertinent ad quod quid hominis. si accipiantur ordinate et si accipiantur omnia talia in predicamento quod est quoniam et sic accepta efficiatur vera diffinitio hominis. ad omnia autem hec tria via divisiva collativa ad [...] autem tale nullo via divisiva sillogistica. tamen quod facit per quod hec tria declarat. Primo quod via divisiva collativa sit utilis ad accipiendum que sunt in eo quod quid. Secundo quod ea accipere ordinate quia aliter non esset utilis talis via. tertio quod ea accipere omnia. Ra ibi. differt autem ad nil. tertia ibi. amplius ad nil. Dicit ergo quod hec divisiones que sunt per divisiva utiles sunt quod addamus id est quod pergamus in id est in diffinitionibus sic id est via collectiva. Sic enim id est quod ad modum determinatum dictum est de prioribus. Primo quod dicebatur quod via divisiva non sillogizatur nec demonstrat ad propositum. et hic dicit quod utilia autem sunt superius ad colligendum divisiones. Sic solum quod quid est quod dictum solum sic ut scilicet via collectiva accipiantur ea que sunt in eo quod quid. utiles sunt divisiones non sunt autem utiles via sillogistica. unde hic dicit quod hec videntur superius divisiones utiles non superius concludendo sillogistice ad propositum. Sed magis accipere omnia utique si ex principio acciperet. ad sine divisione id est antequam divideret. Illud autem quod ut superius dicebatur via divisiva non sillogizatur ad propositum. ut si dicatur quod omne animal vel est rationale vel irrationale. homo est animal. bene sequitur quod vel sic rationale vel irrationale. Sed quod accipiatur hoc membrum determinate de quo est intentio videlicet quod homo sit rationale non sequitur hoc sillogistice immo absque probatione hoc accipitur. propter quod petitur ibi quod est in principio. Sed

quod ad probationem sillogisticam vera bene potuissent accipere ante divisionem. Sed accipere via sillogistica est accipere omnia alia membra ac si ex principio accepissent ea antequam fecissent divisionem. divisio ergo ibi non cooperatur ut via sillogistica ad propositum concludatur est ergo utile dividere. ut membra divisionis colligantur non est autem utile ut per divisionem talia membra sillogizentur. Dubitaret forte aliquis. quod per divisionem sit utile accipere ea que sunt in eo quod quid.

Quod quod utile est hoc modo procedendo videlicet considerando ea que sunt que toti predicamento substantie regulam ad cognoscendum ea que sunt essentialia et que pertinent ad quidditatem eorum que sunt in predicamento substantie ut si volumus diffinire hominem et scimus animal esse genus eius tunc est videre que competunt animali et per eas differentias hec dividitur animal quia dividitur per pennatum vel pennatum per rationale et per irrationale. Sed utrum iste differentie per quas divisum est animal sint essentiales vel accidentales regulam per ea que sunt quia toti predicamento substantie ut si substantia dividatur per se existens et est quod toti predicamento substantie non est substantia et non pertinebit per se ad predicamentum substantie non quod est per se existens vel quod est essentialis vel per essentiam per se existens. ex hoc ergo regulam ad cognoscendum utrum ea per que divisum est animal sint essentialia vel accidentalia hiis que sunt sub animali. quia si sunt per se existencia vel si adducunt esse vel per esse per se existentis poterunt esse essentialia hiis que sunt sub animali vel sub speciebus ipsius alius. Si autem non sunt talia non erunt essentialia via ergo divisiva utilis est ad colligendum talia que sunt in eo quod quid. et essentialia si hoc fiat debito modo. per dicta autem. Advertendum enim quod pertinet ad quod quid est dicere vel quid ad rem vel quid ad modum. quid ad rem. differentia predicatur in quid. quia res ipsa quam significat differentia ad quidditatem pertinet quid autem ad modum predicatur in quale quia per dicitur denominative. unde in philosophia aliud equivoce in hac in locis. Primo superius cum dixit deinde assignata de quidditate quod si non erit diffinitio quod erit genus supponebat quod non predicaretur in quid non genus et diffinitio per que modum differentia pertinet ad predicamentum in quale. hec autem cum ait divisiones utiles esse ad colligendum quod quid est cum divisiones fiant per differentias ipse differentie pertinebunt ad quod quid est. possit enim dictum superius hic aliud intellectum. Primo supposito quod acceptum sit genus quidditatis et quod accepte sint differentie vel accepte sint totum quod in re consistit quantum est diffinitio tunc non accepta esset diffinitio quidditatis. Si autem non contineret tunc non dum perventum est ad differentiam ultimam. Sed totum quod acceptum est ante differentiam ultimam totum accipietur loco generis. Sed dicemus quod pervenitur usque ad ultimam differentiam quia petit diffinitio. bone semper non autem diffini

bone intellectu vel ignorat differentiam ultimam propter quod secundo quod
et diffinitio bona intellectu oportet quod accipiat consimilia vel ad
loco consimilium. Rursus ista diffinitio licet non accipiat
differentiam propriam accipiet tamen ad loco talis differentie.
Dicentes ergo quod in tali diffinitione debent accipi
omnia se habentia in plus quam diu non sunt accep-
ta tot quod omnia se habeant in eque. tamen diu omnia q̄o
accepta se habebunt ut genus et quam diu accipi-
mus consimilia se habentia in plus tamen diu acci-
pimus genus. quando autem erunt accepta tot quod se ha-
bebunt in eque erit ipsa diffinitio. hinc ergo consideravi-
mus in ceteris an plus dicitur tertium accepta vel esse genus
vel diffinitionem. Deinde cum dicit diffinitiones autem. ostendit
quomodo debeant iste differentie accipi ordinate. et est quod
dicit. sed quod sic faciet quod deinde est hoc assignatur tertium docu-
mentum et item exempli. dicit ergo quod diffinitiones autem ad predicamentorum
prius et posterius predicari quasi dicat quod magna differentia est et
multum attendendum est quod predicamenta id est que predica-
ta que ingrediuntur diffinitionem ordinentur ut eque or-
dinentur prius et que posterius. et hoc modo erit utilis ars
diffinitiva per diffinitionem acceptam. Si enim talia accipi-
untur ordinate et videt ponere exemplum dicens ut est
dicere animal mansuetum bipes vel bipes animal mansuetum
quasi dicat quod multum refert ordinare partes diffinitionis
sic vel sic. et primo modo bene ordinata est diffinitio secundo
male. Deinde cum dicit item exempli. assignatur ratio-
nem. sed est littera defectiva ut patet ex ipso modo loquendi
illatam hic quod dicit et item ad non continuari potest patet et
hanc litteram esse defectivam ex continuatione. sic enim
habet continuatio. Si enim omne ex duobus est et unum ad
animal mansuetum. totum hoc deficit in continuatione nisi
et postea sequitur littera media videlicet et item exempli et cetera. Continu-
etur ergo sic bene deinde est quod differentie debent ordi-
nate poni et multum attendendum est quid ponitur prius et quid
posterius. quia si enim omne ex duobus est et unum ad est
animal mansuetum et item ex hiis id est ex animali mansueto et
differentia id est et bipede est homo aut aliquid quod sit esse unum
vel ut habet alia littera aut quod utrumque quod sit unum quasi
dicat quod propter ista causa videlicet quod omne ex duobus est et
quod animal mansuetum dicitur ad unum et item quod ex hoc
id est ex animali mansueto et differentia id est et bipede est homo
vel quod utrumque ad diffinitum quod dicitur quod unum quod sit est
necesse est dividentem petere id est supponere talem or-
dinem debere esse in diffinitione. Si debeat diffinitio bona
esse et necesse est dividentem petere id est petitionem principii
committere. Si enim velit istum ordinem via sillogistica conclu-
dere et non per divisionem via sillogistica concludere ad propo-
situm petitione principii necesse est ergo dividentem petere. Si

velit via sillogistica hoc concludere quod non oportet via sillogistica ta-
lem ordinem concludere. Sed via collectiva accipere //
Notandum autem quod hic modo differentie ordinate ponuntur ut quod primo
ponatur differentia communior postea minus communis usque ad differentiam
propriam. Si ergo hec esset bona diffinitio hominis et bene assignata
animal mansuetum bipes animal esset ibi tanquam genus. man-
suetum tanquam differentia communis. bipes tanquam differentia propria. hoc tamen modo
acciperetur hec diffinitio quod animal dividatur per mansuetum et non man-
suetum et postea totum hoc animal mansuetum dividatur per bipes
et non bipes et postea totum hoc animal mansuetum bipes
acciperetur tanquam diffinitio hominis. Nota etiam quod posset aliquo
modo vituperari hec diffinitio quod mansuetum bipes supplerent
vicem proprie differentie. Sed hoc modo pertinet ad artem superius assi-
gnatam. que non est bona simpliciter sed bona intellectu ut cum ignoratur
est propria differentia quod accipiantur aliqua plura loco differentie proprie.
quorum quodlibet sit in plus et totum in eque. et secundum veritatem hoc est
ut si mansuetum non dicitur solum de homine sed de aliis animalibus etc
et bipes non dicitur solum de homine sed de volatilibus man-
suetum erit in plus quam homo et bipes in plus quam homo sed
totum hoc mansuetum bipes erit in eque. Si ergo posset vitu-
perari hec diffinitio sed tunc pertinet non ad artem datam nunc
que est bona simpliciter sed ad datam prius que est bona intellectu
propter quod melius est dicere. quod hic philosophus non curat de exemplo sed ac-
cipit mansuetum pro differentia communi et bipes pro differentia propria
sed quod modo hoc modo est ordinanda diffinitio. ut animal pona-
tur prius tanquam genus. Deinde mansuetum tanquam differentia communior nota
et ultimo bipes tanquam differentia propria. Dubitaret forte q̄o
aliquis quod propter illa causa videlicet quod omne ex duobus
est. et quod animal mansuetum est unum ad et quod ex hiis id est ex
animali mansueto et ex differentia id est ex bipede est homo ideo ne-
cesse est diffinientem ordinate ponere. Ad quod ex
differentia communi et ex genere fit genus propinquum si item ad
hunc acciperet aliam differentiam minus communem fieret genus
propinquius usquequo accipiatur differentia propria. ex qua constitui-
tur species ut si dividatur animal quod aliud est domesticum sive
mansuetum et aliud indomitum et postea accipiatur totum
hoc animal mansuetum et dividatur per bipes et non bipes totum
hoc animal mansuetum habebit idem generis propinqui et si sci-
remus nomen illius generis poneremus ipsum genus. Sed quia inno-
minatum est nobis circumloquimur ipsum per animal mansuetum
Rursus cum dividimus animal mansuetum per bipes et non
bipes si bipes non est propria differentia et totum hoc animal mansuetum
bipes non convertitur cum homine totum hoc relinquetur ut genus donec
deveniatur ad differentiam propriam que cum omnibus acceptis constituit
speciem. ex hiis ergo apparet quod oportet talia ordinate ponere ut quod
primo ponatur genus cum differentia communi et postea ponatur differentia specialis hoc id est
ordinationis via est causa quod omne compositum ex duobus est videlicet
ex potentia et actu. forma non ex duobus in actu non ex duobus in

po. sed ex actu et po fit unum. Illud oportet dare sicut ut superius dicebatur quod coniunctam potentiam cum actu ergo omne compositum est ex duobus ex po. s. et actu et quia sic est oportet ordinate ponere differentias ut quod prius ponatur differentia communis postea specialis. Si non fieret ita quod prius poneretur differentia specialis et postea communis non constitueretur ex tali ordine sed ex genere remoto et differentia speciali non constitueretur quia talis actus cuiusmodi est differentia specialis non est proprius actus respondens tali potentie videlicet generi remoto. ex quo non subponuntur plures differentie supponitur quod genus acceptum sit remotum quia si esset proximum speciei sufficeret una differentia cum ergo ibi plures sunt differentie prius constituitur genus propinquum quod est ex duobus videlicet ex genere tamquam ex potentia et ex differentia quasi tamquam ex actu proprio et ulterius constituitur species que constat ex genere propinquo et ex differentia propria. Si ergo prius poneretur differentia propria et postea communis sub tali ordine non convenirent duo ad invicem que constituerent genus propinquum vel que constituerent speciem. Ergo hec prima dictum quod omne ex duobus componitur membris diffinitionis debet esse ordinate posita ut tamen genus propinquum constituatur ex propriis duobus videlicet ex genere et ex differentia communi quam et species constituatur ex propriis duobus ut ex genere propinquo et ex differentia propria. Quod vero subditur quod animal mansuetum est unum aliquid est expositio prioris dicti quantum ad alteram partem videlicet quod ex animali et mansueto id est ex genere et differentia quasi fit unum aliquid id est genus propinquum quod non fieret si non convenirent prius generi differentia communis quam specialis. Quod vero quando subditur quod item ex hoc id est ex animali mansueto et differentia id est bipede est homo est expositio prioris dicti quantum ad alteram partem videlicet quod cum constitutum est genus propinquum ex genere remoto et ex differentia communi postea ex hoc id est ex tali genere propinquo et differentia propria est constitutus homo vel quodcumque aliud quod sit unum et quod sit diffiniendum. Quod non esset si non ponerentur ordinate partes diffinitionis propter quod signatur locus cum dicit et item. Quia non sunt nisi due cause quare ponende sunt ordinate diffinitionis partes quarum una est ut ex genere et differentia communi constituatur genus propinquum. alia causa est ut ex genere propinquo et ex differentia propria constituatur species prius ergo dictum quod omne ex duobus est desinit ad utramque causam. Secundum vero dictum quod animal mansuetum est unum aliquid desinit ad hanc causam ut primo constituatur genus propinquum. Tertium vero dictum quod ex hoc id est ex genere propinquo et differentia s. propria est homo vel quodcumque aliud quod sit diffiniendum desinit ad alteram causam videlicet ut constituto prius genere propinquo ex hoc s. genere propinquo et differentia propria constituatur species.

Idem cum dicit amplius ad nil. dat tertiam utilitatem videlicet quod utile est per divisionem una collecta accipere diffinitionem. si accipiamus omnia nil relinquentes de pertinentibus ad ipsam diffinitionem. quod quid possit sive quid valeat declarat in littera dicens quod amplius ad nil relinquendum in eo quod quid est quod supra una differentia solummodo sit id est sit autem dicemus ideo subdit quod cum non accipiatur prius genus. sic debe accipiat aliquam differentiam inferiorem non includet omne id est totum genus. Et hoc id est in membris illis divisionis quod dico quod hic modo possumus cognoscere quod genus divisum est per duas generis inferioris quia si dividatur genus aliquod non per duas sub alternas sed per duas generis inferioris tunc omne id est totum tale genus non includet id est non evacuabitur per tales differentias tales id est differentie non capient totum genus vel totum genus non includet in hiis id est non capietur a talibus differentiis et post exemplum dicit ut non omne animal aut totum pennatum aut divisum pennis vocatur aut animal totum pennatum quodlibet tota ala quasi una penna ut apes in vespertilione. Animal autem divisum pennis dicitur quod habet alam in qua sunt multe penne. Hee ergo differentie totum pennatum et divisum pennis non sunt differentie alicuius sed sunt differentie generis inferioris ut alicuius pennati ideo quod non omne animal aut sufficienter dividitur quod est totum pennatum aut divisum pennis sed omne animal pennatum et subdit quod hec non est differentia huius id est huius differentia totum pennatum vel divisum pennis est differentia scilicet huius alicuius videlicet alicuius pennati non alicuius simpliciter et subdit quod prima autem id est immediata differentia animalis est tertium includit omne animal et subdit quod talis autem est et unumquodque aliorum. quod ille sunt prime et immediate differentie alicuius pennati vel alicuius gressibilis vel cuiuscumque alterius quod sufficienter dividunt totum et tertium totum sufficienter includit et subdit quod in hiis que sunt extra genus et que sub ipsis sunt quod dico quod hec regula vero est et in differentiis que sunt extra genus alicuius et in differentiis que sunt sub ipsis id est in differentiis subalternatis super hunc generis quod est animal ut tantum illa s. est differentia prima et immediata tertium s. differentiam sub eam sua opposita omne animal s. includitur et in pisce tertium omnis piscis dicitur et in lapide quod est extra genus alicuius tertium omnis lapis est. Et subdit quod sic quod de ambulans id est sic per genus per differentias primas et immediatas est id est scire quod est id est quiditatem rei. quoniam nil relictum est de pertinentibus ad quiditatem alicuius aut super includendo necesse est relinquere et non scire super totum quod pertinet ad quiditatem.

Illud autem regula data in hiis consistit quod si dividimus animal per duas primas ut puta per pennatum et non pennatum. Si iste sunt differentie prime et postea non pennatum per suas differentias primas ut puta per gressibile et reptile et postea gressibile per suas differentias primas ut puta per bipes et multipes sic faciendo veniemus ad ultimam differentiam hominis et colligemus omnia que pertinent ad quiditatem hominis et quod dictum est de homine dicatur in ceteris

alio sic .n. peceddo p duas pmas n' relinqt de ptinentib3 ad q'd dicitur pceddo aut alr' necesse eet errare r relinquere Deinde cu d' n' aut o3 posteq declaraut quid accidat sit diffio ut sit utl'. In pte ista ut dicebat decla rat quod talis acceptio sit po' noluit .n. q'dam q ipo' eet alicq diffinire q ut dicebant h' n' nō possz ul sciren' oia q'encia cu eo q d3 di ffinire r oia dria r q ut dicebant h' est ipo' id ipo' erat accipe ad p diffiom ta g' facit q p' excludit hunc errore so narrat opidm s' erraneu ttio o' q diffinientē nō o3 oia scire r q nō est ipo' p diffiom a'd accipe. Sa t' r eu quida. ttia ibi. pmu q'de g'. d' g' q n' aute o3 dividentē r diffinientē scire oia que sut. q. d. q accipe a'd p diffiom. via divisa nō d3 iudi cari ee ipo' ex eo q' h' posito opet dividentem r diffinientē scire oia que sut q pt a's di de r divido diffinire. absq eo q sciat oia erra

Deinde cu d' r eu narrat opidm ul' errore h' oppianeu. d. q r eu q'da dnt ipo' ee cognosce dram ul' duas que sut ad unuq'q3 nō cognoscente unuq'q3. q. d. q si uolum' a'd diffinire o3 q diffiniam' ipm p dras p q's diffr ab unoq3 r q tales dras nō contigit scire nō cognito uno q3 cu ipo' sit unuq'q3 cognosce ipo' est a'd di ffinire id sbdit q sn' dris ei unuq'q3 .i. adv nuq'q3 nō est scire sup p diffiom c' id e q a quo .n. diffr o3 sup ide ee huic a q' aut di ffr o3 sup ee altem ab h' cu g' nō contigat sci re a'd p diffiom n' sciam' eu q'b3 conuenit r eu q'b3 diffr cons est q nō contigit a'd sic scire n' sciam' dras q's h3 tale diffinitu ad unu q3 r p cons n' sciuim' oia q e ipo' Deinde cu d' pmu q'de g' o' q diffinientē r dividentē non opteat oia scire r p cons q ipo' sit a'd diffi nire ee q ita faciat q p' o' q nō nece est oia scire. So exh' concludit q pol' sit nos diffi di r q pol' sit nos p g' r diffiom sbe. ttio concludz eu d'a tacite adi. Sa ibi. m' est .n. eni. ttia sbi. omne aut rade. ee p' d. s. s q d' pbat i tenem ibi postea cu accipiat'. d' g' q pmu q'de g'. h' siem est q opteat diffinientē r dividentē oia scire eu' id est q nō .n. s oem di fferencia ipm diffr' est altem sup. cenlr' ab a vn' sbdit q multe .n. sut dre i eade spe s3 n' s sbam .n' p se. Flo' aut unm idis h' i hoc consit q dre q' i grdiunt' diffiom sut ille p

q's diffinitu est altem. r diuisu s sbam. r q nō s oms dras diffinitu est altem s m sbam. i mo multe sut dre accitales ut puta dre q' sut i eade spe. g' nō o3 q diffiniens cognoscat oia q sale nō o3 q cognoscat illa que faciut i diffinito dram accitale q pcules dras q' est diffio. diffiniens .n. hoie3 nō o3 q cognoscat oia pticularia ipi' hois q nō o3 q cognoscat o3 dras accitales ipi' hois p q's diffr pticula ria r i divdua Deinde cu d'. postea cu ac cipiat'. adducit sam idm q diffinientē ho mine nō solu nō o3 scire oia pticularia e' q' diffrut p dras accitales s3 e' nō o3 scire oms spes alias a q'b3 diffr ho p dras eenles. id aut q p' ea cu accipiat'. opposita .i. dre opposite r s dram tale oppositā sil' cu dria alia eu oe .i. eu totu gen'. i cadit hic aut i de .i. cu accipiut' tales dre opposite q capiut oe .i. totu gen'. in cadit a' hinc .i. i una pte dre a' i de .i. i alia eu g' ita sit. r accipiat talco. sup mbro divis q quer' ee .i. q d3 diffiniri r cognoscat h' .i. i mb' divis sui illa dram. dividentē ul' diffr scire a' nō scire ea i q'b3. ul' i q'b3 aliq3 p dicat' dre de aliq's ut si uolo diffinire hoiem r divido al' p gressile r uolatile. si iste sut bone dre suffi cit cognosce h' sui hanc dram videlz gressile r q ho que q'ro diffinire sit s3 gressil' de q'bs aut' opposit' ut de q's q' p dicat' de aliq's u' de uolatilib3 n' refert scire ul' nō scire q sut dre uolatiliu r q'no distigut' uolatilia

Dubitaz forte a's. ut diffinientē o3 scire oia Ad q dup' est scire positiue r negatiue s3 sil' positiue d'. i g'nale r i spali diffinientē a' o3 oia scire aliq'm ul' positiue ul' negatiue ul' i g'nali ul' i spali flam ex eo q scio hoiem ee al' ro'le quodam i g'nali r negatiue s3 in generali r negatiue ego scio oia alia flam sic scio q oe al' ro'le est ho ita i q'da g'nalitate scio oia a' saltē negatiue r scio q q'cq n' est al' ro'le nō est ho Rursq i q'da g'nalitate scio oms spes alias i positiue q sciens divide al' p ro'le o3 q sciat ipm al' r q sciat ipm i ro'le s3 sciens ipm al' scit oms spes alias nō s se r in ppa for' s3 i q'n sut alia r sciens q est i ro'le scit oia i ro'nalia nō i se r i ppa for' s3 i q'n i ro' nalia s3 h' m' scire oia nō est i q'ens pol' est g' aut diffi di r pol' est via divisa colliget diffio ne alic' q nō o3 sic dividentē r diffinientem

q°

scire oia et se et ipsa seq. ¶ Deinde cum d. m(edium)
est ei quid. ex hiis que dicit concludit quod sit possibile
accipe de aliquo diffinitionem sbe. d. m(edium) ei quid. Si s(ic)
vadens .i. si aliquis procedens per dras imediatas
veniat in h .i. in tales dras quarum .i. est dra quam non
amplius est dra ulterior ut quam non sit ulterius
procedere per communes dras quam ad hanc devenientem erit
habebit rationem sbe .i. ille sic procedens habebit
completam diffinitionem rei. cum ergo sit possibile sic procedere
per imediatas dras ut quod si dividatur al per penna
tum et non pennatum sed hec sunt imediate dre
alis et pennatum dividatur al non pennatum per gressibile et
reptile sed hec sunt imediate dre alis non pen
nati cum ergo sic procedendo per tales dras imediatas
possibile est devenire ad aliquas dras ultra quas non
est amplius descendere in ulteriorem dram. possibile est
ars diffinitionis et possibile est ad diffinire ¶ Deinde
cum d. omne autem incidere. Ostendit quandam cautelam quam
possit per as credere quod quilibet utens divisione ad diffi
niendum quod indiget petere quod totum divisum sufficienter
evacuatur per dras dividentes. ad hoc ostendit phus
quod non oportet quod hic petatur vel supponatur. Nam si accipi
antur due proxime generis et ille sint opposite non oportet
quod hic petatur quod hic devenientes sit quod totum tale genus
incidat in tales dras ideo ait quod omne autem .i. totum
genus divisum incidere in divisionem .i. per dras dividentes si
sint opposita vel dividentem sub hiis due dividentes aliquid
.i. inter quas non est .i. nullum est medium illius generis. Si ergo
tales due sint opposite et imediate se habeant
ad genus non est petitio. aliquis textus habet non est repe
ticio sed illa est littera ut patet ex alia translatione non
est ergo petitio .i. non oportet petere quod totum genus incidat
in tales dras dividentes ideo subdit quod necesse est ei omne
.i. totum genus divisum esse in aliquo ipsarum dividentium simul
cum suo opposito. alia autem dra dividens cum sua
opposita evacuat totum genus. et subdit si quidem
illius est dra .i. si aliqua dra accepta sit dra proxima
illius generis quod dividitur ¶ Illud autem quod ex ipso m(edium) acci
dras per se patet ut sint dre totius generis vel non.
Nam si accipiantur tales due quod non sunt gressibile
et reptile. accipietur solum due alis tantum. Nam
alia etiam quedam gradiuntur quedam reptant
sed et hec due ut totum pennatum et divisum pennis
non sunt dre alis simpliciter sed alis pennati. Sed si acci
perentur due opposite ut gressibile et non gressibile vel
pennatum et non pennatum tales due evacuarent
totum al. ideo signanter phus dixit quod acciperentur due opposi
te ¶ Dubitaret forte aliquis utrum requiratur alia
conditio preter hanc conditionem videlicet quod accipiantur due
opposite ad hoc quod evacuarent totum genus et videtur quod non
quod opposita sufficienter comprehendunt totum. ¶ Ad quod non sic
tantum phus posterius dixit quod acciperentur due opposite
addidit quod tales due debent esse imediate et
quod deberent esse illius generis quod dividitur per eas ut si
quis acciperet has dras divisum pennis et non divisum
pennis quamvis sint opposite non tamen evacuarent
totum al. quia non sunt dre alis simpliciter sed alis pe
nati dre ergo accepte sic debent esse opposite
quod non determinentur ad aliquid tale al pennatum sed
hec due debent esse alis simpliciter et si non sint alis
simpliciter vel cuiuscumque alterius generis et sunt opposite de
necessitate evacuant totum genus. Nam dato quod altera
dra esset ipsius generis si altera dra non acciperetur
opposita posset contingere quod non evacuaret to
tum genus. Nam quamvis volatile possit esse dra
alis. quod sufficeret posset dividi al per volatile et
non volatile. tamen si acciperet dra non oppo
sita. ut puta si acciperet hec differentie vola
tile et gressibile non sufficeret evacuare al. non
ergo sufficit accipere alteram dram generis nisi
accipiatur sua opposita. nec sufficit accipere dram
cum sua opposita nisi dra accepta sit dra generis
et quod obiciebatur quod opposita sufficienter evacuant quod
hic totum dicitur quod opposita indifferenter simpliciter accepta
est cum determinatione ut si dividitur al per volatile
et non volatile tamen quod per dras proprias. ibi non vo
latile determinatur solum ad genus alis hic .n. n(on)
non potest dici quod lapis sit non volatilis quia tunc
dra alis se extenderet ultra al. Sic et cum dicitur
divisum pennis et non divisum pennis ibi non divisum
pennis determinatur solum ad volatile al. propter quod
tales due non sunt alis simpliciter. ¶ Deinde cum
d. ad probandum autem. postquam phus dedit artem
colligendi diffinitionem per viam divisionis et ostendit quomodo hec ars
sit utilis et declaravit quod sit possibilis In parte ista
resumit hanc artem et probat eam esse sufficientem et esse
quod ea faciat quod prius resumit ea que sunt dilige(n)
ter attendenda in hac arte. secundo illa ea declarat. tertio
ex hiis que dicit probat sufficientiam artis. Secunda ibi
est autem unum. tertia ibi m(edium) est ei. d. ergo quod ad
probandum autem vel aut hic alia translatio ad constru
endum autem simpliciter diffinitionem. aliquid per diffinitionem. vel ad
probandum simpliciter diffinitionem constructam per divisionem esse bonam
tria ea oportet coniecturari. considerare videlicet aut
accipere predicamenta in eo quod quid est. et ordinare hec
predicamenta quid .s. prius autem .s. quid secundum et cetera hic sunt

·s. tot et non plura. Circa secundum sunt attendenda quod accipiantur praedicata essentialia quod accipiantur ordinate et quod accipiantur omnia ita quod non relinquatur. In hiis .ii. consistit tota ars colligendi diffinitionem per divisionem. Secunda .ii. ibi ca. secunda .ii. ibi ca. accipitur utilitas huius artis ut supra dicebatur. ¶ Deinde cum dicit: est autem unumquodque horum. declarat quod dixerat et quod ita facit. Primo declarat quomodo contingit accipere ea que sunt in eo quod quid sunt praedicata essentialia. Secundo declarat quomodo possumus ea accipere ordinate. Tertio manifestat quomodo contingit accipere omnia. Secunda ibi ordinate autem. Tertia ibi quoniam autem hec omnia. Dicit ergo est autem unumquodque horum primum eorum que dicta sunt proposito quod possumus habere ad accipiendum colligere quoniam in esse et per genus i. et per methodum de genere probare praedicata substantialia in eo quod quid. quasi dicat quod primum dictorum videlicet accipere praedicata in eo quod quid hoc modo scilicet poterit fieri quia sicut per methodum datam in libro topicorum de accidente possumus probare que insunt et que praedicantur per accidens sic et per genus i. per methodum datam ibi de genere possumus probare que insunt essentialiter et que praedicantur in eo quod quid. ¶ Deinde cum dicit ordinare autem. declarat secundum videlicet quomodo contingit hec accipere ordinate dicens quod ordinare autem sicut oportet sumptis partibus diffinitionis. Si primum accipiatur superius quod est primum. et videtur quod hoc autem erit si primum accipiatur quod omnibus inheret illi autem non omnia. quasi dicat quod illud quod est primum et prius accipiendum inter partes diffinitionis quod in esse et quod praedicatur de omnibus aliis ut hec alia consequuntur quod assequitur i. quod est communius ad omnia. omnia autem alia non i. nulla alia sunt communia ad ipsum. et videtur quod necesse est ad esse hoc i. esse in partes diffinitionis oportet esse ad hoc quod praedicetur de aliis et sit communius ad alia sed non alia ad ipsum. et videtur quod accepto autem hoc iam in inferioribus idem modus est. quasi dicat quod sicut est in diffinitione disponi primum quod est communius ad omnia ita idem modus est in inferioribus quod accipietur secundo quod est communius ad alia omnia excepto primo et accipitur tertium quod est primum habentium se communiter ideo ait quod secundum autem erit aliorum primum. et tertium erit post primum habentium se sub communi i. relictorum. Sic ergo procedendo semper accipiendo magis communia semper minus communia accipiemus ordinate totam diffinitionem. Ideo ait quod remoto .ii. quod est sub. i. remoto superiori quod fuit prius divisum continuum i. quod est proximum illi erit primum aliorum. Similiter et est et in aliis quod continuum et proximum secundo erit primum relictorum. Sic ergo procedendo omnes partes divisionis accipientur ordinate.

¶ Manifestum autem quod id est prius ad quod non convertitur communia. Dicit ergo quod praedicatur de aliis et quod communius est ad alia et non econverso. Dicit prius aliorum. hoc ergo modo poterimus scire de omnibus partibus diffinitionis que sit prior et que posterior. et sic poterimus totam diffinitionem ordinare. ¶ Deinde cum dicit quoniam autem hec omnia. declarat tertium quomodo possint accipi omnia diffinitionis et non relinquatur aliquid. Quoniam autem hec omnia sunt. Manifestum est ex hiis quod accepimus primum secundum divisionem. quoniam omne est .a. hoc autem .a. et videtur quod est autem et hoc iterum sub divisione et sub .a. iterum. usque ad differentiam totius. et videtur quod differentia totius hec amplius a toto non differt specie sub primo. ¶ Manifestum autem tale esse hoc documentum quod si accipiatur quod est primum et quod se habet ut genus et dividatur per talia que omne i. totum dividant in hiis dividentibus et in a. i. si tale genus primum acceptum dividatur per immediata et iterum hiis dividentium superius dividatur per immediata. sic procedendo non relinquemus sed deveniemus usque ad differentiam totius que est differentia specifica. hec autem differentia totius non potest amplius differre specie a toto diffinito quod convertitur cum ipso diffinito. talis ergo differentia non differt specie a diffinito i. non praedicabitur de aliquo quod differat specie a diffinito non i. praedicabitur non de individuis illius speciei. Declaratum est ergo quomodo possunt accipi praedicata essentialia et quomodo possunt accipi talia ordinate et quomodo possint accipi omnia. per quod declarata est tota ars colligendi diffinitionem via divisiva. ¶ Dubitatur forte aliquis utrum via divisiva sit utilis ad omnia ista. q°

¶ Dicendum quod via divisiva habet ponere partes entis que sunt x praedicamenta quod ut patet ex v. metaphysice ens per se dividitur in decem praedicamenta. divisio autem praedicamentorum nos regulat ad cognoscendum que sunt essentialia omnibus que sunt in quolibet praedicamento. Nam ut supra dicebatur per omnia omnibus que sunt in eodem genere generalissimo et toti praedicamento investigare possumus que sunt essentialia cuilibet existenti in illo praedicamento. via ergo divisiva nos iuvat ad accipiendum praedicata essentialia. Rursus via divisiva nos iuvat ad accipiendum talia ordinate. Nam via divisiva procedimus a magis communi ad minus commune. et sic deinceps hiis debent ordinari partes diffinitionis quod primo oportet poni quod est communius omnibus partibus et postea quod est communius aliorum. et sic deinceps. Tertio via divisiva nos iuvat ad accipiendum omnia quod oportet accipere aliquid primum quod se habet ut genus. Si ergo hoc dividatur per divisiones contrarias ut puta aliud pennatum et non pennatum si hec sunt differentie proprie alicuius et iterum si aliud non pennatum per proprias sic procedendo non relinquemus sed accipiemus omnia accidentia usque ad differentiam totius que est differentia ultima et specifica utilis est ergo via divisiva ad omnia ista propter quod philosophus supra cum determinavit de utilitate huius artis ut cum dixit divisiones per differentias esse utiles de omnibus hiis est exequendum. ¶ Videtur dubitatio forte aliquis quod videtur falsum q°

esse documentum a philosopho datum de ordine partium diffinitionum videlicet quod primum oportet accipi id quod praedicatur de omnibus aliis vel ut hec alia consequuntur quod assequitur sive quod consequitur omnia alia. et postea id quod est communius ad omnia reliqua et sic deinceps. Nam potest contingere quod alia ponatur in diffinitione sicut se habeat

queniem est omis ad aliud quod possunt se habere sic excedens
et excessa. si autem non videlicet in par quod primum non videlicet primum quod in
par ut patuit in diffinitione trinitatis. Ad quod ut quod
ostendit phs dedit duplicem artem diffiniendi unam que
est bona simpliciter ut cum gradatim descendimus dividendo genus
per differentias inmediatas et postea alterum dividentium per inme
diatas usque ad differentiam specificam et tunc colligendo sic di
ffinitionem nulla erunt ibi partes habentes ut excedens
et excessa. immo gradatim se habebunt partes diffinitionis
quod posterius dictum est continuus omnibus. Bo dictum erit continuus reliquis
et sic de ceteris. et hunc modum loquitur hic phs argum
tum autem arguebat alia via que non est bona simpliciter
sed tantum ut cum scilicet ignotae differentiae proprie quod possunt
accipi loco differentiae proprie alique plura quorum quodlibet se habet in
plus et totum tantum. ut si sciremus quod trinitas est in genere
numeri et nesciremus differentiam propriam que simul cum numero consti
tuat trinitatem accipiemus hec duo loco differentiae proprie
videlicet impar et utrumque primum quorum quodlibet est in plus.
quod trinitas et ambo simul inventa exprimunt trinitatem. Dicen
dum cum dicitur. non est. n. omnis hec arte esse sufficientem quod non
continet superfluum neque minus. Ideo autem dicitur non est. n. quoniam
non plus appositum vel ut habet alius textus quoniam nichil plus
appositum .i. non accipitur superfluum. Et causa est quod omnia .n. horum
.i. omnia denumeratorum sic acceptorum accipiuntur vel ut
hec alia verba sunt accepta in eo quod quid. Et quod per documentum
quod debet accipi predicatum in eo quod quid. quod non tale est
superfluum. Ideo quod habetur quod ars data docet accipere non
superfluum. Et solvit non deficit .i. ars data non solum
non est superflua. sed etiam non est defectiva. Et solvit quod aut
genus erit aut differentia. et si parte data accipe
in diffinitione defectiva vel esset genus quod ibi deficeret vel
differentia. Et solvit quod genus quod primum cum differentiis acceptum est
primum. q. d. quod per secundum documentum quod debent omnia accipi
ordinate. ut quod primum debet accipi genus cum posterioribus differentiis
propter tale documentum non potest ibi deficere genus. cum
ideo sic primum quod accipitur. sed .n. hec non esset acceptum
non acceptum. Et solvit quod differentiae autem continentur omnes .i. non
potest ibi deficere aliqua differentia. et ideo est. quia non .n. ul
tima sunt amplius species supra differentia. q. d. quod per se
cum documentum quod semper debet fieri divisio per differentias inme
diatas quousque devenietur ad differentiam ultimam
istud tertium documentum facit ut non relinquatur quod
ultra ultimam differentiam non est ulterior processus
per differentias communes. Ideo autem quod ultima amplius non sunt
species supra differentia. Et solvit quod differentiae autem ultimam .i.
differentiam ultimam vel hec alia translatio. hec autem dicitur
est plus ideo differentie. q. d. quod si ultima differentia posset
dividi per differentias specificas. tunc hec differentia ultima di

fferret specie ab differentiato .i. reperiretur in aliquo quod non
esset in eadem specie cum differentiato quod negatum est supra.
Quod autem quod non debent poni in diffinitione non differentie
communes. et quod ultima differentiam specificam non est divisio
per differentias communes ars illa que docet colligere di
fferentias usque ad differentiam specificam. docet colli
gere omnes differentias et nullam relinquere ars quod data per
primum documentum non accipit superfluum quod omnia que
accipit sunt essentialia in eo quod quid. per secundum documentum
non potest deficere in accipiendo generis. per tertium autem
documentum non deficit in accipiendo differentias est quod ars
sufficiens non continet superfluum neque minus

Querere autem oportet in limi
ta etc. postquam phs dedit artem diffiniendi
que magis competit ipsis rebus vel ipsis sub
stanciis cum modo est diffinitio constans ex genere et
differentiis. In parte ista docet accipere diffinitionem magis
competentem ipsis passionibus que non sufficit quod
fiat per genus et differentias. sed oportet quod fiat per eam quod habet in
subiecto. vel oportet quod fiat per ipsum subiectum. cum quod volumus
diffinire aliquam passionem debemus videre ea in
quibus hec est illa passio. quomodo conveniant et quomodo
differant et ex convenientiis et differentiis poterimus formare
unam rationem passionis communem. dum tamen communis passio
habeat rationem unam in modo hec methodus talis ars
docebit nos cognoscere utrum passio diffinienda habe
at rationem unam et utrum sit illa una ideo. Et quod fa
cit. quod primo dat hanc artem. secundo quod ostendit declarat per
tractio artem datam secundo est bona et conveniens. secunda ibi. ut
dico si quaeratur etc. ibi. sed .n. est omnis. Dico quod quod que
rere autem .i. convenit supra diffinitionem passionis oportet in
tendentem. s. esse in similia et differentia primum. que sunt quod unum
idem omnia habent. postea iterum oportet intendere in aliis que sunt
in eodem genere quidem cum illis. Et solvit sunt autem ipsis .i.
sibi ipsis quid idem specie illorum autem .i. ab illis aliis
.i. sunt diversi specie. Et solvit cum autem supra. sic factum est
in hiis accipiatur quod omnia habent idem. et in aliis similiter supra
comprehendum est quod omnia habent supra idem et solvit quod in
acceptis supra usque tamen in istis quod in illis sic est iterum
intendendo si idem sunt omnia quousque usque veniant
in unam rationem et solvit quod hec .n. una ideo erit diffinitio supra
passionis communis. Et solvit quod si ideo non vadit in unam
sed in duas aut in plures ideo. Manifestum est utique quod id
quod queritur diffiniendum non est unum ad .i. una ali
qua passio sed plura .i. sed plures passiones. quod autem
sic intelligatur hec ars sit hec methodus data statim
patebit. Dicendum cum dicitur. ut dico si quaeratur. de
clarat artem datam per exemplum quod scilicet artem datam

et hoc consistit quia si volumus diffinire aliquam passionem ut puta si volumus diffinire magnanimitatem debemus intendere in aliqua similia et non aliqua differentia. quia aliqui sunt uno et simili modo magnanimi. aliqui non modo alio et differenti ut puta alcibiades. achilles. et aiax. fuerunt magnanimi. quia non poterant tollerare iniurias. lisander et socrates fuerunt magnanimi quia non curaverunt de fortuniis neque de infortuniis. ad diffiniendum ergo hanc passionem debemus videre quid omnia et quod omnes hii videlicet alcibiades. et achilles. et aiax. habent idem. et iterum in talibus ut socrate et in lisandro. cum sint in eodem genere. similia ille cum aliis. id est quia sunt similes in magnanimitate sicut et illi. debemus ergo videre in istis aliis quid habent idem. Primi enim habent quod non sufferunt. secundi habent quod non curant, sed sufferre autem et omnia pacienter sufferre videntur omnino opposita, primi ergo sunt quidem sibi ipsis idem specie, quia scilicet operantur non sufferre. sed illorum autem id est ab illis aliis sunt alterius id est non univoci cum primis. non operantur sufferre, alii autem sic sunt magnanimi quod omnia sufferunt et non curant, cum autem sic factum est et in hiis quidem accipiatur quid habent idem cum aliis, ut in socrate et lisandro similiter acceptum est quid habent idem, tunc in acceptis id est in talibus et in istis quod in illis. considerandum iterum intendendum est. si sunt idem, et si tam isti quam illi habent unum quid, et ex quibus possimus in una ratione venire, tunc illa una ratio erit diffinitio magnanimitatis, et magnanimitas erit una passio id est erit unius speciei, quod si non contingit omnia reducere in unam rationem tunc magnanimitas vel quecumque alia passio que erit diffinienda non est unum quid, sed erit una passio id est non est unius speciei. hoc est ergo ars dans ad diffiniendum quamcumque passionem, hanc autem artem sic declarat. per exemplum, quia primo exemplificat de quibusdam magnanimis qui non potuerunt sufferre iniurias, secundo exemplificat de quibusdam aliis magnanimis qui omnia sufferebant et de nullo curabant, et docet quomodo ex hiis debeat accipi ratio passionis consistere. dicit ergo autem in aliis. dico ergo ut dico. id est expono me si quereretur vel si quereremus quid est magnanimitas. intendendum est in quosdam magnanimos quos scimus esse magnanimos intendendum est si in quantum sunt hii. id est in quantum sunt magnanimi quid unum habent omnes, ut alcibiades magnanimus aut achilles aut aiax, omnes quidem habent super hoc unum non tollerare iniuriam, hoc enim scilicet alcibiades propter iniuriam quam nolebat sufferre dimicavit id est bellavit vel preliatus est, ille vero id est achilles irascebatur id est tantam habuit indignationem de iniuria illata quod ulterius est in insania. hic autem id est aiax interfecit se ipsum non valens enim se vindicare de iniuria illata. Indignatus noluit ulterius vivere. Iterum autem dicit ergo et in aliis. vel ut habent quidam textus. iterum in aliis et exemplificat de aliis. dicit. ergo autem et in aliis id est iterum in aliis super intendendum est. ut in lisandro. et in socrate. Si autem in differentes prosperitati et in prosperitati id est quod omnia sufferebant de nullo curabant indifferenter se habebant ad fortunia et infortunia prosperitate et in prosperitate hoc secundum artem accipiendum diffinitionem passionis. dicit. quod hec duo accipientes intendendum est quid idem habent. aut impassibilitas aut non tollerantia sit intollerantia iniuriarum. intendendum est ut hec duo conveniant in aliqua una ratione quod si sic magnanimitas erit unum quid et illa una ratio erit diffinitio eius quod si non est unum tale, magnanimitas non est unum quid. id est secundum rationem quod si in hoc nulla sit id est nulla sit una ratio in qua conveniant hec duo due utique erunt species magnanimitatis. Dubitaret forte aliquis de supradictis quomodo possit contingere quod una et eadem passio sit in aliquibus que sint eiusdem generis et sint ad se invicem alterius speciei. Dicendum quod si accipiatur ratio passionis secundum quod illi passioni similiter speciei convenit passioni. Invenitur unam rationem, sed quod aliam accipere rationem passionis non secundum omnia debita id est non ratio eius quod eiusdem passionis accipiatur alteram et alteram rationem. ut magnanimitatis accipietur ratio non tollerans et tollerans. non tollerans quidem quantum ad eos qui non potuerunt sufferre iniurias, tollerans quidem quantum ad eos qui omnia equanimiter tollerabant, tollerans autem et non tollerans possunt esse in eodem genere. sed non possunt esse in eadem specie, non tollerantes ergo sunt sibi ipsis idem specie, sed illorum id est ab illis qui tollerantur sunt alterius speciei, non enim hic loquimur de specie subiecti sed de specie. Nam tam tollerantes quam non tollerantes fuerunt homines et omnes fuerunt eiusdem speciei, sed hic loquimur de specie secundum ordinem ad magnanimitatem vel ad quamcumque aliam passionem, secundum alcibiades. achilles et aiax habent ordinem ad hanc passionem que est magnanimitas per intollerantiam. lisander et socrates per tollerantiam, tollerantia autem et intollerantia non sunt eiusdem speciei sed possunt esse eiusdem generis, sic ergo quomodo eadem passio potest competere hiis qui sunt idem genere et alterius specie, quia non omnino proprie et diminute accipitur ratio secundum quod est talis passio sed si acciperetur omnino proprie et diminute semper eiusdem passionis esset eadem ratio. Ulterius dubitaret forte aliquis utrum tollerantia et intollerantia possint convenire in aliqua una ratione. Dicendum quod ex eadem ratione et ex eadem causa potest contingere quod aliquis non possit tollerare et quod aliquis omnia possit tollerare, potest enim contingere ex hac causa quod iudicat se dignum magnis, quia enim iudicat se dignum magnis cum despicit et contemnit nimis in dignitate ideo non potest iniurias tollerare. sed potest esse aliquis adeo iudicare dignum magnis quod totum honorem mundi nichil reputat

pp quod omnes eciam quod si totum perderet de nullo curaret / et ea
de quia eam pro contingere quod alius non tolleret / et quod alius de nullo
curet. Considerandum est tamen quod licet eandem idem et eandem ea
possit contingere hec et tamen qui sunt sic et sic magnanimi
non sunt eodem modo nisi primo magnanimi / est autem mag
nanimitas hec et illa eadem specie, sed non equaliter participata
a suis subiectis / nam nullo magis fuit magnanimus So
crates qui de nullo curavit. et achilles qui versus est in
insaniam non valens se vindicare / ille enim est omnino ma
gnanimus qui nullum bonum exterius appreciatur / totum enim ga
udium magnanimi est de virtute et de interiori bono
et non curat quod non tollat fortuna et infortunia / propter quod patet quod
fides christiana vere facit magnanimos / et propter bonum suam
ponit in non curare de exteriori bono / secundum enim hanc fidem
propter suum eum omnia abicimus / est igitur ars philosophi bona quod sta
tim occurrit nobis dicta vel alicuius passionis et in alicui similia
vel eiusdem passionis / ut puta aliquibus competit alicui passio
qui omnes habent tale quod ut puta non tollerare / aliquibus
aut aliis competit alia passio qui omnes habent aliquid quod
ut puta tollerare. et habentes unam et eandem pa
ssionem alicui inter se conveniunt et ab aliis differunt consideratis que
[illegible] et differentiis manifestis ulterius sic reducere omnia
talia in unum idem. quod si sic illa erit diffinicio illius pa
ssionis ut si tollerare et non tollerare reducuntur in hanc
unam idem reputare se dignum magnis hec erit diffinicio
magnanimitatis. ut quod est esse magnanimum reputare
se dignum magnis. Deinde cum dicit. Est enim. ostendit artem esse da
tam esse bonam et convenientem / quod autem est bonum et conveniens quod
ad presens spectat vel videlicet per comparacionem ad oppositum ad oppositum
et ad nos / per comparacionem ad oppositum illa ars dicitur convenientior
per quam homo melius cognoscit de re determinata / per comparacionem ad op
positum illa est convenientior per quam magis vitatur oppositum
videlicet error et deceptio. et hoc est contra / per comparacionem autem
ad nos illa ars est convenientior que tradita est secundum modum nobis
magis proporcionatum / ita igitur facit secundum quod hic exponitur modo ostendit hanc
artem convenientem esse secundum ibi facilius quidem est singulare. cita
ibi. Sic in determinationibus dicit igitur quod semper omnis diffinicio est universalis
id est rei universalis cuius ratio est quod non enim in eo quod oculo
medicus dicit id est diffinit sanabile universaliter aut specie determi
natum id est aut distinguit sanabile per determinatas et per di
versas species. Dubitaretur forte aliquis quid ex hoc
dicto ostendatur ars data esse conveniens et per eam magis habe
atur oppositum sui contrarium. Dicendum quod particularium non est
scientia neque diffinicio / diffinicio est igitur rei universalis et non universalis etiam
sed species magis quod generis medicus igitur non diffiniet hoc
sanum vel sanum in hoc oculo sed vel diffiniet sanum univer-
saliter vel dentibus id est distinguet sanum per diversas species. Si enim
si sanum est in omnibus eiusdem speciei tunc diffiniet sanum

generaliter. si autem non est eiusdem speciei distinguet sanum
per diversas species et cuiuslibet speciei suam diffinicionem assignabit
illa est igitur optima ars diffinitiva et per illam optime habetur
determinatum cum hec duo faciat videlicet quod aut diffiniat
rem universaliter si est eiusdem speciei aut si non est eiusdem speciei di
stinguit ipsam in diversas species et cuiuslibet rationem suam as
signat et ad hec tendit ars data ut patet in exemplo posito de
magnanimitate ut si considerent magnanimitatem in alchiade
achille et aiace accipietur quod illi fuerunt magnanimi
quod non potuerunt iniurias tollerare. In lisandro autem
et socrate fuit magnanimitas per impassibilitatem ad for
tunia et infortunia. si igitur hec duo impassibilitas
et tollerantia reducuntur in unam idem magnanimitas erit
eiusdem speciei et illa una ratio erit diffinicio eius. si autem non
reducuntur in idem unum magnanimitas erit diver
sarum specierum et unius speciei magnanimitatis diffinicio erit
in tollerantia iniuriarum alterius autem speciei diffinicio erit in impassi
bilitate ab adversis et prosperis ars igitur data opportuna
est ad habendum oppositum. et propter quod dicit universaliter diffiniri
universaliter diffinitur. quod autem dicit distinguere in diversas species
ratione ideo plures in diversas species distinguitur et plures
rationes habet. Deinde cum dicit. Facilius quidem est. ostendit
artem datam esse convenientem quod per eam magis vitatur oppositum
videlicet error et deceptio. Ideo ait quod facilius quidem est
diffinire singulare. id est diffinire rem per consideracionem
quam habemus in singularibus quam universale. id est quam diffinire rem
per consideracionem quam habemus in universalibus et ita etiam
oportet ex singularibus vel a singularibus. id est ex consideracione
eorum que habemus in singularibus ascendere in universalia id est ad con
sideracionem universalem / et reddit quod et namque equivocaciones
magis latent in universalibus quam in differentiis id est quam in singula
ribus que non differunt per diversas species. Signum
autem quod equivocacio est in latens causa in diffinicionibus
si enim equivocum sic quod hic non diffinitur quia equivoca non
habent rationem unam / ideo hec habeant non communem / ideo cum sanum est
dicta. non igitur diffinietur canis si quod est equivocum
ad piscem et ad latrabile / sed si quod canis est univo
cum ad omnia latrabilia habebit diffinicionem unam
ut est univocum ad omnes passiones quod dicuntur
habebit diffinicionem aliquis / sicut quod igitur diffinitur
equivocum sed per univocum / ars igitur data est valde
conveniens / et per eam vitatur equivocacio per quam accidit error
et deceptio et dissimilitudo. Dubitaretur forte aliquis
quomodo per artem datam vitatur equivocacio. Dicendum quod si quis
consideraret sanum universaliter forte crederet sanum esse ei
de speciei et ex hoc posset credere quod sanum esset univocum
cum sit alterius rationis in omnibus. sed si consideraret sanum in ha
bentibus hanc complexionem et videatur quod sanitas in

eadem complexione est excessus humorum vel hanc idem sub hanc proportionem. Si ergo consideretur sanitas in talibus et in individuis habentibus aliam complexionem videbitur quod sanitas in illa alia complexione sit excessus humorum secundum aliam idem. Sic ergo ex particularibus ascendendo in talia facile est cognoscere equivocationem quia non latebit nos diversitas ipsorum. Et quod dicimus de dato docet sic ascendere ex consideratione particularium in talia. Ideo convenit esse advertendum oppositum, id est advertendum deceptionem. Et dicendum quod particulare ante stare apud nos est equivocatio propter quam accidit error et deceptio in diffinitionibus. Est autem diligenter advertendum quod hic philosophus de equivocatione loquitur large, vel quod vera equivocatio est solum in speciebus specialissimis. In universalibus autem, id est in generibus, non est vera univocatio sed quedam est ibi equivocatio. Eo quod genus non est una forma et non sunt diffinitiones vel potius ex forma natura et causa. Ideo quod est de primo et immediate respiciat particularia est ipsa species specialissima ubi est vera et ultima equivocatio et cui potissime competit diffinitio. Ideo ex consideratione particularium est optimum diffinire et cetera quia ex tali consideratione facilius devenitur in cognitionem speciei cui competit ratio una et ubi nulla est equivocatio. ¶ Deinde cum dicit sicut in demonstrationibus. Ostendit autem esse conveniens ex parte nostra ex quo ita faciat. Quod facit quod dictum est. Et dicit quod diximus declaratur per ea que dicta sunt quia in suppositione probatur per ea quod ibi non sillogizatur ibi. Si autem non disputative. Dicit ergo sicut in demonstrationibus oportet sillogismum esse sub certo, id est sub aliquo certo ad certum, sic et in diffinitionibus, id est in diffinitione certum, id est per aliquid certum oportet diffinire et ubi dicit quod hic autem erit si per ea que dicuntur singulariter in uno quoque genere sit, id est contingat diffinire separatim, id est ultimo.

q°

¶ Dubitaverit forte aliquis quid est sillogismus de diffinitionibus et de demonstrationibus quod oportet ibi et ubi procedere per aliquid ad certum. ¶ Ad quod dicendum quod est certum sive speculacionem, id est quod est reductum ad speciem specialissimam sicut certum sumitur de principiis quod est quia causam ea reducit in principium. Si autem certum sumitur de principiis quod est via sensus memorie et experiencie tota ergo certitudo demonstrationum est per reductionem ad sensum. Sic et in diffinitionibus quia scilicet oportet quod ultimate certitudo maior quod est non potest esse nisi per ea quod considerarimus particulariter quia non consentire nisi particularia ergo potissime procedimus in diffinitionibus per aliquid certum per ea que videmus singulariter in hiis particularibus et in illo accipimus rationem ideo una per quam diffinimus speciem et ultimo quod considerarimus separatim per hec particularia et per hec. Est ergo ars dicta valde conveniens ex parte nostra quia procedit per proporcionatam nobis cum procedat per sensibilia et cognicio nostra a sensu incipiat et cum circa cognitionis nostre ex hiis que sunt in sensu sumatur. Ut autem cognitio sensitiva sic certior et cognitione certitudo se habeat ad cognitionem principiorum dicitur

q°

in capitulo illo de principiis autem quomodo. ¶ Deinde cum dicit universaliter quod dixerat declarat per exemplum dicens ut similitudinem, id est si aliquis vellet diffinire quod est simile non omne, id est non considerabit universaliter de simili secundum coloribus, id est secundum considerabit simile particulariter in hiis colore et in illo, et figuris, id est et considerabit simile particulariter in figuris ut in hac figura et in illa, et acutum, id est et si vellet diffinire acutum quod est in voce, id est sed non consideraret acutum generaliter sed quod est in voce, id est secundum consideraret acutum quod est in hac voce et in illa et sic super oportet cum ire in commune, id est ex particularibus ire in universale cavendo ne equivocatio contingat. ¶ Notandum autem quod simile dicitur equivoce in coloribus et in figuris. Similitudo in coloribus est quidem participatio coloris ut dico alba dicuntur similia per colorem quia habent eundem colorem simile autem in figuris est ex equalitate angulorum et proporcionalitate laterum ut duo triangula dicuntur similes si habeant equales angulos et latera equos angulos continentia sunt proporcionalia et ergo consideraret simile universaliter de facili deciperetur quia forte credit quod simile esset eiusdem rationis in omnibus et per hoc diffiniret simile per diffinitionem unam. Sed cum considerat simile in hiis colore et illo et in hac figura et in illa statim apparet equivocatio quia statim apparet quod simile non dicitur per rationem unam in coloribus et in figuris. Et quod dictum est de simili et tale dictum est de acuto nam acutum dicitur equivoce in voce in humore sive in sapore et in magnitudine similiter acutum in voce est vox alta sive subtilis que in brevi pervenit ad auditum acutum in humoribus est sapor fortis qui in brevi pungit gustum acutum in magnitudinibus est ferrum sicut dicitur acutum habens cuspidem ut dico per forcet. Si quis consideraret acutum universaliter deciperetur per equivocationem. Sed si considerat acutum in hac voce et in illa et in hoc humore et in illo statim apparet quod acutum non est eiusdem rationis hic et ibi. ¶ Deinde cum dicit si autem disputative quedam que suppositum probat dixit, id est quod debemus timere ne contingat nobis equivocatio in diffinitionibus quod probat quia metaphora quedam equivocatio immo equivocatio est peior quam metaphora. Si ergo debemus cavere in diffinitionibus locucionem metaphoricam multo magis debemus cavere equivocationem. Ideo autem quod si autem nec disputare est in metaphoris, id est nec diffinire sicut in metaphoris neque que utique dicuntur in metaphora super sunt diffinienda. Et subdit quod disputare, id est necesse est in metaphoris super si contingat diffinire per metaphoras. ¶ Notandum autem quod diffinitiones sunt principia sillogismorum et demonstrationum et potissime disputationes fiunt per eas et per sillogismos. Si ergo esset tollerabile diffinire aliquid metaphorice oporteret nos tollerare quod disputaremus metaphorice. ¶ Notandum et quod licet hic dictum sit hoc secundum apparentiam tamen forte philosophus in hoc dicto habuit oculum ad Platonem cuius consuetudo di-

diffinire res methaphorice. dicit hominem esse platanum .i. arborem ver
sam. sicut enim in arbore rami procedunt sursum et radices
sunt deorsum in homine autem contrario modo quia vim radi
cis quia per os sumit alimentum in homine sicut per radicem in arbo
re. hinc os quod est quasi radix in homine est sursum brachia au
tem et crura que sunt quasi quidam rami procedunt usque de
orsum. Similiter quod non est in methaphoris disputare
ridiculosum. quia esset argumentum si quis diceret quod homo est ar
bor versa. arbor autem habet folia. ergo homo habet folia

Dubitaretur forte aliquis quomodo hec determinatio deserviat ad propositum
videtur quod quia non debemus diffinire per methaphoram
ideo debemus cavere in diffinitionibus de equivocatione. Dicendum
quod ut plurimum equivocationes fiunt secundum methaphoras quia
fiunt secundum quandam transumptionem ut quod acutum in magni
tudinibus cito penetrat quia hoc transumptum est ad humi
ores ut dicantur humores .i. sapores acuti qui multum
pungunt gustum. quia hoc autem ulterius transumptum est nomen acu
ti ad voces ut dicatur vox acuta que multum penetrat
auditum. acutum ergo in humoribus et in vocibus dicitur secundum me
thaphoram. et secundum quandam transumptionem. Similiter simile in colo
ribus est secundum unitatem cuiusdam qualitatis ut secundum unitatem co
loris. quia hoc autem transumptum est nomen similitudinis ad fi
guras ut dicantur figure similes que habent eandem qualitatem. qua
litas autem in figuris est ipsa dispositio figurarum. illa ergo tantum
habent eandem qualitatem et per consequens sunt similes que sunt eodem
modo disposita. sunt autem eodem modo disposita tamen ut quemad
modum alie sic si habeant angulos equales et latera pro
portionalia. simile ergo in coloribus dicitur proprie. In figuris autem
transumptive et methaphorice. quoniam ergo ut plurimum equivocationes
secundum transumptionem quandam et methaphoram accipiuntur. Quia non
est secundum methaphoram diffinire non est secundum equivocum di
ffinire. quod si volumus equivocum distinguere a metha
phora a transumptione. dicemus quod tunc est recte equivocum
quando unum nomen imponitur duobus diversis. tunc quando non atten
ditur preter impositionem hoc nomine aliqua convenientia vel aliqua similitudo
et tunc equivocum est peius quam methaphora et magis ca
vendum est a tali equivoco in diffinitionibus quam a met
haphora. Similiter ideo cavetur a methaphora in diffi
nitionibus quia methaphora non certificat nos de [?]
rei. quia in dicatur diffinitio ut possibile quod reperitur in figuris
non certificamur de simili quod reperitur in coloribus et econverso
non possumus docere de simili quod reperitur in figuris nisi tamen prius
hoc sciverimus de simili quod reperitur in coloribus. Quia ergo methaphora
est cavenda a diffinitionibus quia non certificat multo magis
pura equivocatio est cavenda quia nullomodo certificat
Argumentum ergo philosophus locutus est quando dixit quod per aliquid
certum debemus syllogizare et diffinire intendens per hoc quod
methaphore et equivocationes sunt cavende a diffinitionibus

et a syllogismis sit a disputationibus quia talia nos non
certificant. Patet ergo quomodo sit ad propositum hec determinatio philosophi pro
sequens [?]. Dicto quod arguit hic philosophus per locum a maiori
quia equivocatio vel est quedam methaphora et quedam
transumptio. Sed supposita sit equivocatio per quandam simili
tudinem ut patet de acuto in magnitudine et in humo
re. vel equivocatio est peior quam methaphora et etiam
transumptio si sit equivocatio pura minus ergo videtur
quod in diffinitionibus et in disputationibus cavenda
sit methaphora quam equivocatio que si sit pura est
peior quam methaphora. Sed cavenda est in talibus metha
phora ergo multo magis equivocatio.

Ut habeamus autem propositum et cetera.
Postquam philosophus dedit artem diffiniendi passionem quia
diffinitio passionis est medium in demonstratione. ideo post
hoc venatum est quomodo accidentaliter sit diffinitio passionis in
parte ista venatur quomodo accidens sit medium in demonstratione. Sunt
qui hoc dicunt differt ab eo quod superius videbatur. Similiter ad e
scire quomodo diffinitio se habeat ad demonstrationem. et ad hoc
est dare artem diffiniendi et ostendere quomodo diffinitio sit ac
cipienda. sic in ista est ostendere quomodo medium se habeat
ad demonstrationem. et declarare quomodo quis demonstrare per singula
genera causarum quod fiebat in superioribus. et ad hoc est dare ar
tem inveniendi medium ad demonstrandum. quod sit hic sententia ergo
quod venari et invenire medium in demonstratione est dupliciter. quia aliter
accipitur medium in demonstratione particulari aliter in universali. Similiter
in demonstratione particulari medium est ipsum subiectum. ut per trian
gulum demonstramus habere tres particulariter de ysochele
Sed in demonstratione universali medium est causa inherentie passionis in
subiecto. Ad investigandum autem hanc causam multum va
let scire problemata et quomodo demonstrabilia dividuntur
ad invicem per deperticionem habent. Sed autem facit philosophus
in hac parte. quia primo docet venari medium in demonstratione
particulari. secundo ostendit quomodo problemata et quomodo ea que
sunt demonstrabilia dividuntur per deperticionem habent. tertio
ex eo quod dixit accedit ad ostendendum quomodo inveniendum
sit medium in demonstratione universali. Secunda ibi. eadem autem problemata.
tertia ibi de causa autem que est causa. primo primo dicit quod ut
prius dicebatur medium in demonstratione particulari est ipsum
subiectum. sed subiectum aliud est univocum aliud analogum
et univocum dupliciter quia aliud est nominatum aliud innominatum
ideo ergo facit secundum quod tres docet demonstrare particulariter. quia
primo docet hic per medium univocum nominatum. secundo per medium uni
vocum innominatum. tertio per medium analogum. Secunda ibi. nunc
quidem ergo. tertia ibi amplius alius modus est. primo
quia primo fiat quod demonstratio est. secundo quod dixit declarat propor
tio sunt demonstrationes disponit per terminos. Secunda ibi. ut si
alia sint. tertia ibi. sit autem A. dicit ergo ut habeatur

eligere oportet, id est ad demonstrandum proprietates quecumque
apponuntur ad decisiones et divisiones supra factas et ostensas supra. Sic
autem eligere secundum commune genus omnium. consequentia sub illo ge-
nere. ¶ Nos autem quod docuimus dantur in hiis que consequuntur que
si volumus demonstrare has tres proprietates de ysoschele
et de scalenone et de hiis speciebus trianguli debemus ac-
cipere commune genus quod est subiectum istius passionis in quo con-
tingunt omnia quibus convenit illa passio. ut si hanc
passionem videmus competere ysoscheli simul equilateri
equilatero et scalenoni debemus videre quod est id commune genus
in quo omnia ista conveniunt. Et illud est commune triangulus quod est
subiectum istius passionis. habito autem hoc communi habito triangulo
sunt habito hoc subiecto. iam habemus medium ad demonstrandum pro-
prietatem. hoc autem medium sumitur sic. subiectum debemus dividere et
in subdividere et applicare post decisiones et divisiones fa-
ctas dividendo. n. triangulum in tales proprietates secundum quas cum in
illas proprietates subiectas videmus in alias proprietates subiectas
si sunt illius divisiones et tunc patet quod subiectum. ut per triam-
gulum demonstrabimus has tres proprietates de equilatero
et hoc subiecto. ¶ Demonstratum est dicit ut si alia. quod
dixerat declarare per exemplum dicens ut si alia sunt. ut
de eis aliquid demonstretur supra accidentia sunt consequentia in sunt
omnibus aliis. ut puta sompnus et vigilia. acceptis autem
hiis reliquorum omnia consequentia inherent supra ut est. quasi dicat
quod acceptis hiis que insunt omnibus aliis tunc per aliud medium
est consequentia in sunt omnibus relictis supra contentorum sub aliis. ut
si sompnus et vigilia inest omnibus aliis. medium est per aliud consequentia
insunt omnibus relictis que sunt sub aliis. et medium est quod eis in
est sompnus et vigilia. ¶ Media autem secundum debent accipi
dicte. que de proprio dividunt aliud. et postea alia que dividunt
illa dividentia sive subdivident. ut sit hic est animal supra quod est con-
tenta sub aliis. et que de proprio dividit aliud supra. medium erit
consequentia inherente omnibus animalibus quasi medium scit consequentia insunt omnibus aliis
scit consequentia insunt omnibus animalibus et subdividit et sic semper insunt aliis
proprio. quasi dicit dividendo aliud per propria dividentia et illa per
propria sic quod inest omnibus aliis medium erit quod semper aliis proprio et ea
quod de proprio dividit aliud. et sic procedendo semper per propria di-
videntia semper per commune superius medium erit consequentia insunt inferiori-
bus sive subdivident. quod medium est enim. tamen iam habebimus dicit
propter quid inherent insunt hiis que sunt sub communi. ut puta
sub aliis. ut propter quid insunt talia inherentia homini autem
equo que sunt sub aliis. non autem quod si accipimus sompnum
et vigiliam que insunt omnibus aliis scilicet consequentia insunt omnibus aliis et
quod insunt ei sompnus et vigilia scimus consequentia insunt omnibus
hiis que sunt sub aliis. quod scimus eis inesse sompnum et vigi-
liam. dividentes enim aliud per propria dividentia ut puta per volatile
natatile et terrestre. et terrestre aliud per propria ut puta
per gressibile et reptile. et gressibile per propria ut puta

per hominem et equum. et sic semper dividendo et subdividendo sumentes divisio-
nes et decisiones. id est divisiones magis et magis particulares demonstrabi-
mus proprietates per hoc medium aliud quod est commune subiectum. hanc pa-
ssionem scilicet sompnum et vigiliam inesse omnibus relictis. id est omnibus
sub aliis contentis. ¶ Nos autem quod contenta sub aliis dicuntur re-
licta. id est per divisionem relicta. Nam hic modo sit talis demonstratio
dividendo commune subiectum et per hoc commune subiectum de relictis. id est de reli-
ctis et derelictis per divisionem demonstrabimus hanc passionem convenien-
ter dicit. ergo est demonstratio proprietatis omnis trianguli hoc est tres per
ysocheles vel quecumque alia species trianguli est trianguli est
trianguli ergo et cetera. ita est demonstratio proprietatis secundum dicitur
omne aliud sompnum et homo vel quecumque alia species alius est
aliud. ergo et cetera. ¶ Dubitatur forte aliquis quid aliquis sunt
propria aliis. et cetera que insunt aliis primo insunt proprio
dicit quod magis propria et magis remota in genere possunt accipi
vel secundum ordinem rationis vel secundum ordinem rei. secundum ordinem quidem
rationis consequentia contenta sub genere sunt magis universalia de proprio
dividunt genus. ut si aliud dividitur per volatile et non vola-
tile. natatile per ... magis universales et sic quibus horum dividatur per di-
fferentias alias que non erunt ita universales dicitur primo quod
sunt magis universales magis de proprio dividunt aliud. quod dicit
sed que sunt magis particulares passio que inherens omnibus ali-
is demonstrabitur particularis per aliud primo de propriis dividentibus
et postea de aliis secundum hanc accipi proprium et remotum
secundum ordinem rei secundum quod modum dicit fortis. et sic modus ita
quod sic numquam reperiuntur duo numeri diversarum specierum equales
secundum unitates quod sunt plures unitates in uno quam in alio.
sic numquam reperiuntur due species sub eodem genere equales
secundum perfectiones. quod semper perfectius reperitur in genere in una specie
quam in alia. Dicit ergo si vellemus a dignitate descendere secundum
ordinem rationis prius descendemus a genere in magis communia et postea
in minus et passionem competentem toti generi per ipsum genus
quod primo probaremus de magis communibus et postea de
minus. Dicit si vellemus descendere secundum ordinem rei prius descen-
deremus in speciem perfectiorem et postea in minus perfectam et sic
deinceps. et passio competens toti generi secundum hunc or-
dinem prius esset probanda de specie perfectiori et postea de minus
perfecta et sic deinceps. ¶ Demonstratum est dicit. sit autem
aliud dispositum sunt demonstrationem per terminos. dicit. sit autem aliud
in quo a. b. autem inherens omnibus aliis. ut puta sompnus
et vigilia. in quibus autem supra sunt talia inherentia.
sit c. d. e. quedam alia. medium est quod supra predemonstratorum
particularium propter quid est b. id est passio inherens in d. id est
in aliquo quod est sub aliis. propter a. n. id est propter aliud. non autem in tali
demonstratione particulari ipsum aliud sit ipsum subiectum. est
medium et per ipsum aliud demonstratur hec passio de d. id est de conten-
to sub aliis. et subdividit quod sic autem et in aliis. quasi dicit quod
sic demonstratum est per aliud quod b. passio inest d. id est contento

secundum aliquid ut puta volatili secundum quod accidit quod sit aliquid quod est tale secundum aliquid ut quod sit etc. ut puta aquatico et terrestri et similibus quod sit et talis eadem ratio est ut puta si videtur aliquod volatile aquaticum et terrestre perdices magis decorati i. magis inferiores eadem ratio esset quod de omnibus talibus possit probari hec passio b. ut puta sompnus et vigilia per hoc medium quod est a. ¶ Deinde cum dicit Nunc quidem igitur etc. docet demonstrare passiones univocas innominatis, dicens quod nunc quidem igitur secundum ea que assignantur communia nomina communia diximus i. secundum ea que nos diximus vel que nos diximus communia nomina secundum ea que sic assignantur sunt nomina i. sunt nominata, subaudi, quod oportet autem non solum hoc considerare super communia nominata sed et si aliquod aliud accipiatur commune super innominatum accipientes i. debemus accipere et considerare si aliquibus super talibus communibus innominatis inest hoc i. aliqua passio et super debemus considerare qualia super accidentia vel quales super partes subiecte sequuntur hoc i. talia communia innominata, supple ponit exemplum dicens ut cornua habentia i. hoc commune innominatum quod omnibus habentibus cornua inest habet has passiones videlicet habere ventres duos et non habere dentes utrobique i. in utraque mandibula, habent enim talia alia dentes in maxilla inferiori sed non habent dentes in maxilla superiori, subaudi, quod Item cornua habere i. hoc commune innominatum quod est habere cornua sequuntur i. sunt sub eo et sunt inferiora ad ipsum quedam partes subiecte ut puta cervus, bos et hec alia que habent cornua, subaudi quod in eis enim proprium quod illa insunt quod dicit videlicet propter quod talibus aliis ut ovi et bovi et aliis similibus inest non habere dentes utrobique et habere duos ventres propter hoc scilicet quod habent cornua i. propter commune innominatum quod est habere cornua ¶ Similiter autem, quod omne quod nescimus nominare uno nomine sed nominamus ipsum per circumlocutionem dicitur innominatum, aliquod ergo habens cornua quoddam commune est ad hec sive inferiora, attamen illud commune est innominatum quod nescimus nominare uno nomine omne quod est tale, sicut nominamus omne volatile uno nomine ut puta si dicamus ipsum esse avem et omne aquaticum forte nominamus uno nomine ut puta piscem. non autem scimus nominare uno nomine omne aliquod cornutum, non dicitur tale commune esse innominatum. ¶ Similiter et quod si aliquod cornutum est proprium subiectum harum passionum videlicet dualitatis ventrium et carentie dentium in mandibula superiori demonstrabimus particulariter et per hoc commune subiectum quod est aliquod cornutum quamlibet predictarum passionum de quolibet contento subiectali commune subiecto sic ergo in omnibus nominatis sic querere propter quid ysocheles habet tres respondetur quod est triangulus na

ysocheles habet tres per triangulum, triangulum autem non per aliud sed quoniam sic se habet et in communibus non nominatis ut si aliquod cornutum est proprium subiectum predictarum passionum videlicet dualitatis ventrium et carentie dentium omnibus aliis inerit per ipsum cervus ergo et bos et alia que sunt subiecta communi innominato videlicet subiectum aliquod cornuto habebunt predictas passiones propter id quod habent cornua i. propter id quod sunt aliquod cornutum ¶ Similiter autem quod sequitur vel alterum unum (?) potest intelligi de illa secundum consequentia et sic superiora sequuntur ad inferiora ut aliquod sequitur ad hominem quia vult hoc. ergo aliquod non convertitur et hoc modo sequi non est esse posterius sed esse prius iuxta illam distinctionem datam in libro predicamentorum quod id est prius a quo non convertitur consequentia alio modo potest accipi sequi secundum posterioritatem ut idem sit sequi quod esse posterius et sic inferiora sequuntur superiora quia sicut posteriora illius habent ergo superius habita. quod debemus esse accipientes qualia hoc sequuntur per expositionem dicit debemus eum accipere qualia i. quales partes subiecte sequuntur hoc i. communia innominata et tunc qualia erit talis nominatum et accipietur ibi sequi prout idem est quod esse posterius. alio modo potest exponi quod debemus accipere qualia i. quales partes subiectas hoc communia innominata sequuntur et tunc hoc erit talis nominatum et accipietur ibi sequi per consequentiam secundum consequentiam prout superiora sequuntur ad inferiora. utrobique tamen semper erit idem sensus videlicet quod debemus accipere si aliquibus communibus innominatis inest hoc i. aliqua passio et postea debemus videre quales i. quas partes subiectas habent illa communia innominata quod huius virtus potius passionem illam demonstrare particulariter per hoc commune innominatum de illis partibus subiectis ¶ Dubitatur forte de quo habens cornua sit per se subiectum istarum passionum videlicet dualitatis ventrium et carentie dentium in superiori mandibula ¶ Ad quod est intelligendum quod in talibus aliqui sequuntur consequentie aliqui que ex conditione materie omnes n. quia non est sagacissima et omnes quod non sapienter agit et non est intellectus quod ipsa non cognoscat sed omnia illa referenda sunt ad artem divinam cuius sunt omnia talia ordinata, unum secundum quod ... quod non agit non rememorata ex superioribus causis que dicuntur intelligentie et omnia ista ut idem dicit procedunt ex una arte prima que est ipsius dei debemus ergo ymaginari naturam totam ordinatissimam esse et in omnibus suis actionibus quod possibile est ordinatissime se habere alia ergo habentia cornua non habent dentes cum propter conditionem materie illam nutrimentum quod iret ad dentes vadit in cornua ...

numerum vel defectum magis assignabimus causam, deficiunt enim
in eis in nutrimentum dentium propter numerum et nutrimentum
cornuum. Et inde est quod dentes non deficiunt in utraque
maxilla sed solum in superiori circa quam parte sunt cornua. Et ita
deficiunt ex talibus animalibus dentes in superiori mandi-
bula. Patet ergo quomodo alia cornuta secundum hanc passionem vi-
delicet carentiam dentium cuius passionis consequentis
reducentur in eandem medium. Alia autem passio vi-
delicet dualitas ventris reducetur in eandem finalem
ut quod talia animalia propter carentiam aliqualem et de-
fectum dentium non possunt bene conterere cibum. Ideo ge-
neravit natura quod habent duos ventres, unum ad mo-
llificandum cibum non bene contritum et masticatum et ali-
um ad digerendum. Omnia enim talia animalia ruminant.
Illam primo incomplete masticant cibum quia incomplete
masticatum proiciunt in ventrem mollificativum. Postea
iterum hic cibus incomplete masticatus et in ventre mo-
llificatum prius redit ad os et ibi iterum mas-
ticatur. Hoc est ruminare: cibum incomplete masti-
catum iterum masticare. Patent enim hec animalia cum ru-
minant et cum genu priores curvis comprimunt
sibi ventrem mollificativum circa compressione cibus
ibi contentus incomplete masticatus redit ad os, ubi
complete postea masticatur, et ibi complete masticatus
mittitur in ventrem alium videlicet in digestivum qui dicitur
stomachus. Dualitas ergo ventris competit talibus ani-
malibus propter hunc finem ut melius possint digerere cibum.

Deinde cum dicit amplius alius modus, docet demonstra-
re per medium analogum dicens quod amplius alius eligere
super medium analogum dicens quod amplius alius modus eli-
gere super medium secundum analogum id est secundum analogiam, et subdit
quod unum enim et idem super secundum genus vel secundum speciem non est
accipere quod oportet vocare sepion et spinam et os. Hec
enim tria videlicet sepion quod est quidam nervus ad susti-
nendum mollitiem carnis quem non multum habent vermes,
et spina quam habent pisces, et os sunt ossa que ha-
bent alia animalia. Dicit secundum analogiam id est harum pa-
ssionum que sunt vestiri carnibus et sustinere
mollitiem carnium. Non enim secundum idemptitatem generis
nec speciei competunt ista hiis tribus. Ideo dicit talia
enim hec non esse idem nec genere nec specie sed secundum analogiam.
Sustinere enim mollitiem carnis primo competit ossi,
deinde spine et ultimo sepioni. Et subdit quod sunt que
consequuntur hec, id est sunt alique passiones que consequuntur
secundum ista tria tamquam una natura existente hiis, id est secundum quandam ana-
logiam. Quedam enim passiones ut puta vestiri
carnibus et sustinere mollitiem carnis sequuntur ista
tria propter unam naturam et propter unum actum, ut propter duritiem

que existit in eis, hiis id est secundum analogiam. Molle enim
non sustinetur nisi per durum. Duricies enim reperitur
in omnibus hiis tribus sed analogice quia primo reperitur in osse, deinde
in spina, ultimo in sepione. Deinde cum dicit eadem
autem, determinat quomodo diversificantur aliqua problemata composita
vel aliqua problemata demonstrabilia habent ad invicem
idemptitatem et unitatem. Unde dicit quod hoc potest
contingere. Illam primo quando hec quia habent idem medium. Illam illa
dicuntur eadem talia que habent idem medium. Secundo quando talia esse
eadem non quia habeant idem medium omnino, sed quia habent medium sub
medio, ubi alia autem ex eo. Et dicit primo quomodo
talia habent idemptitatem propter idemptitatem medii. Possunt
habere diversitatem ubi horum autem quedam. Dicit ergo quod eadem
autem composita sunt, id est problemata composita sunt eadem, que
quedam idem habent medium. Et subdit quod amplius super idem
habet medium ut quando omnia sunt contrarii status. Quasi dicit quod illa
sunt eadem problemata que idem habent medium, et proble-
mata composita de osse, spina et sepione sunt eadem
quia sunt illa que idem habent medium, ut omnia habent hoc medium
quod quando sunt contrarii status. Alio autem quod ut dixi-
mus mollities carnis non sustinetur nisi per contrarium videlicet
per duritiem. Omnia ergo predicta enim sunt contrarii status, id est
contrarium habent statum ad mollitiem carnis, quia omnia predi-
cta habent in se quandam duritiem. Vermis, vermis enim
non est totus caro sed habet in se quendam nervum extre-
mum protensum qui dicitur sepion ad sustinendum mollitiem
carnis. Hic ergo ille nervus sive sepion in se quandam
duritiem, sic et spina et os in tali duritie conveniunt.
Problemata ergo de omnibus hiis tribus sunt aliquo modo eadem
quia quodammodo habent idem medium. Deinde cum dicit
horum autem quedam, ostendit quod hec problemata que sunt eadem
propter idemptitatem medii, in ipsa idemptitate medii habent
coloris dato quod postea fiet cecus et amittet sensum exteriorem adhuc posset acquirere scientiam de coloribus et si acquisivisset eam propter amissionem visus non perderet habitum scientie nisi si corrumperetur in eo sensus interior ut puta si corrumperetur in ipso fantasia sicut contingit est in dementibus. et si fuerit omnis dato quod haberet scientiam colorum quamdiu haberet corruptam fantasiam non posset diu uti ipsa scientia quia ea que sunt in intellectu remanent ibi et habituali non fuerunt in actu nisi tamen fiant in actu similitudine quare non possumus uti hiis que sunt in intellectu corrupto organo fantastico. Ergo cognitio sensitiva exterior perexistit cuilibet cognitioni intellective quantum ad fieri. cognitio autem sensitiva interior ut fantasia perexistit cuilibet cognitioni intellective non solum quantum ad fieri sed etiam quantum ad usum. Sed talia propter hoc non perexistunt cognitioni intellective quantum ad esse quia postquam acquisitam scientiam si posset anima libere quiescere se supra se vel aspicere ea que habet in intellectu nullo modo indigeret sensu nec interiori nec exteriori sed cognitio principiorum perexistit cognitioni conclusionum etiam quantum ad esse quia si anima perderet cognitionem principiorum dato quod posset libere se quiescere supra se et aspicere conclusiones quas habet in se nullo modo esset certa de conclusionibus ignorantis principiis certificatur anima de principiis reducendo ea ad sensum. quia sive vel usus cognitionis principiorum dependet ex fieri vel ex usu cognitionis sensitive certitudo ergo cognitionis principiorum quod dependeat a certitudine cognitionis sensitive hoc est quodammodo per accidens. videlicet quantum ad fieri et quantum ad usum non autem propter se quantum ad esse ideo ex hoc non possumus arguere simpliciter loquendo quod cognitio sensitiva sit certior sed quia cognitio principiorum in per se et diu et quantum ad esse perexistit cognitioni conclusionum. ideo talis cognitio simpliciter est certior quam cognitio conclusionum. Deinde cum dicit. Verum autem hoc omnibus. ostendit quid habet potentia sensitiva in diversis diversimode existat nam quedam habent sensum exteriorem sine memoria ut alia imperfecta / musca enim flabello a loco aliquo remota immemor percussionis perdite statim redit ad eundem locum. sensum ergo musca habet exteriorem sed memoria caret / aliqua vero alia habent sensum exteriorem et memoriam sed non habent directe ratiocinativam ex talibus sensibilibus / ut alia bruta quedam autem habent sensum memoriam et ratiocinativam ut homines / Et ergo facit quia postquam ait in quibusdam aliis esse potentiam sensitivam iudicativam tantum / hic ostendit in quibusdam esse potentiam sensitivam et memoriam / et ideo declarat in quibusdam ut in hominibus esse potentiam sensitivam memoriam et ratiocinativam. Sed vel cum in sic dicit. etiam vel multis ergo factis. dicit ergo quod verum dictum est hoc in potentia sensitiva inesse omnibus aliis et subdit quod habent autem super omnia alia potentiam vel rationem vel videlicet alia collativam potentiam vel rationem iudicativam quia vocamus sensum. Deinde cum dicit. cum in sit autem agit de secundo gradu videlicet quod in aliquibus aliis non solum est potentia sensitiva sed in est in eis mansio sensibilis in memoria vero. autem cum in sit autem sensus super omnibus aliis in quibusdam aliud idest de novo aliud fit mansio sensibilis idest sit memoria que est mansio et retentio et conservatio specierum sensibilium / talis autem sic aliis ut in imperfectis non fit sic mansio sensibilis et memoria et subdit quod in quibuscumque ergo non fit mansio sensibilis autem omnino idest nullo modo. autem vel ea vel que fit mansio sensibilis sic memoria non est in hiis cognitio ultra ea que non senserunt. quasi dicat quod alia que non habent memoriam nullam habent cognitionem ultra ea que nunc sentiunt sic que non sentiunt vel nisi quamdiu durat sensus / quia diu enim immutatur sensus exterior tam diu alia carentia memoria possunt aliquid cognoscere. sed deficiente immutatione sensus exterioris ultra id quod non sentiunt exterius non cognoscunt / et subdit quod in quibus autem idest in quibuscumque sentientibus idest aliis inest super memoriam sic mansio sensibilis in illis. sic est idest quod habent unum quidem in anima idest unam quamdam potentiam in anima super potentiam sensum exteriorem quam vocamus memoriam. Notandum autem quod aut in quibuscumque autem omnino non fit sic memoria autem vel que non fit quod in illis non est cognitio ultra id quod non sentiunt exterius idest nisi quamdiu sentiunt exterius. nam quedam alia nullam omnino habent memoriam quedam autem habent memoriam sed debilem ita quod nisi sint vehementia sensibilia exteriora nulla fit in ipsis de illis sensibilibus memoria / que ergo nullam omnino habent memoriam nulla omnino remanet in eis cognitio nisi quamdiu durat sensus exterior / que autem habent memoriam solum vel vehementia sensibilia non autem vel alia vel ea vel que non fit in eis memoria / non remanet in eis cognitio ultra id quod sentiunt. Deinde cum dicit multis ergo factis / ponit tertium gradum dicens quod multis ergo factis habet idest multis factis talibus vel multis existentibus talibus habentibus sic memoriam de sensibilibus iam quedam differentia fit super incepta alia alia habentia memoriam de sensibilibus / que super propter tale differentia dicit idest quod talis sic aliis fit quedam ratio idest quedam collatio et ratiocinatio ex memoria talium videlicet sensibilium / ut puta in hominibus quod post memoriam sensibilium ratiocinantur et conferunt inter ipsos de hiis quorum habent memoriam / in aliis vero super aliis ut puta in brutis non super quod fit tale ratiocinatio ex memoria sensibilium. Notandum autem quod bruta non directe conferunt nec ratiocinantur / tamen ex quodam instinctu nature habent aliquid simile ratiocinationi / ut si canis persequitur leporem / si invenit tres vias / et si operuit leporem ire per alteram illarum viarum

senciat

dicunt
Dicit venatores sicut et expertos quod odorat primam et secundam
et si invicem convenerit illarum invisibilem leporem tunc sta-
tim incipit currere per viam in quo licet ad simile ratiocinio
videtur enim ex hoc sillogizare et arguere. Sunt tres vie, non
invenit per primam neque per secundam, ergo invenit per tertiam. Sed brutum non
sic arguit, sed ex quodam instinctu nature multa fa-
ciunt ac si arguerent. Unde non ratiocinantur sed dicuntur ad
hunc similem ratiocinio, quia ut dictum est habent quendam insti-
nctum nature qui in multis supplet in eis vicem cuiusdam ra-
tiocinii. ¶ Deinde cum dicit ex sensu quidem igitur solvit
ad questionem propositam, et est quod cum fecit questionem et post questionem
questionem determinat veritatem ostendens quomodo fiant no-
bis cognita principia. Secundo ex veritate determinata solvit ad
obiectiones factas. Circa veritatem determinatam declarat et mani-
festat sicut ibi necesse igitur determinare. Circa ibi ut in
machine eversione. Dicit ergo quod ex sensu quidem igitur sicut
diximus paulo ante fit sensus in nobis memoria, ex me-
moria autem multociens facta experimentum fit, et subdit quod
multe enim memorie numero est unum experimentum, vel ut
habet alia translatio sunt unum experimentum, quod idem re-
dit, nam unum experimentum est multe memorie, quia
conficitur ex multis memoriis, et multe memorie
sunt unum experimentum quia faciunt unum experimentum
et subdit quod ex experimento aut ex omni, id est ex omni universali
quiescente in anima uno preter multa, quod universale cum sit unum
in omnibus idem super quod generatur ex experimento et ex universali
quiescente in anima est principium artis et scientie, et dat differentiam
inter artem et scientiam dicens si quidem circa generationem, id est si
tale principium sit circa generationem et circa fieri, artis est sicut principium.
Si vero circa esse, id est circa naturam quod non dicitur esse in fieri sed dicitur
esse et existere, quando ergo circa talia accipit tale principium scientie,
id est hoc principium acceptum est principium scientie. Declaratum est ergo quo-
modo generetur in nobis hoc principium qui est principium artis et scientie,
quia si ex multis sensibus fiat memoria, ex multis me-
moriis experimentum, ex multis experimentis universale, tunc
ex experimento et universali quiescente in anima est in nobis
sive generatur in nobis id quod est principium artis et scientie. ¶ Sciendum
autem quod experimentum notitia accepta de aliquo re per
circuitum ex collatione multorum particularium, ut pu-
ta si vidi quod rebarbarum in hoc particulari homine pur-
gavit coleram, et habeo hoc in memoria et vidi quod in alio
fecit hoc idem et habeo hoc in memoria et pluries in alio et alio
hoc idem vidi et memoratus sum, et ex multis talibus sensibus
et ex multis talibus memoriis ego facio quandam
collationem et ratiocinium quomodo rebarbarum in isto et in illo
et in alio particulari habuit talem effectum, et ex collatione
horum omnium accipio hanc experimentalem notitiam quod
rebarbarum purgat coleram, et quia solus intellectus est ra-

quod ratiocinatur de rebus, post quam sensitiva quod est quasi circa alia
non proprie ratiocinatur licet forte habeat quasi ratiocinium simile,
cognitio experimentalis ad intellectum pertinet, non ad intel-
lectum ut cognoscat recto aspectu et ut accipit hoc
secundum quod hic in intellectus non cognoscit particulare, sed universale.
Sed experimentalis cognitio pertinet ad intellectum prout mi-
scetur sensui per reflexionem cognoscit particulare et ra-
tiocinatur de particularibus. ¶ Sciendum autem quod quidam ex-
ponunt textum philosophi quod ex sensibus fit memoria, ex multis
memoriis fit experimentum, ex experimento quasi fit universale
quod universale est principium artis et scientie. Sic ergo exponentes plures
in quandam veritatem incidunt, sed non vadunt ad mentem
eius slam in textu plane habetur quod ex omni universali quies-
cente in anima uno preter multa est id sicut licet esse in se
quod est principium artis et scientie. Ergo secundum mentem philosophi videtur non
quod universale sit principium scientie sed quod ex universali licet esse et ge-
neratur id quod est principium scientie et artis, quod quid sit in
quibus patebit. ¶ Sciendum quod ars est circa id quod fac-
tibile ut declarari habet in vi ethicorum, id est habitus principiorum ut
universale esse factibilia et esse ea que sunt in se dicit esse principium
artis, sed quia scientia est de naturis que secundum quod huiusmodi non
dicuntur fieri sed esse. Ideo habitus principiorum cum universale esse, id est
esse naturale efficitur principium scientie. In anima intellectiva est virtualis
cognitio tam principiorum factibilium quam speculabilium et intel-
lectualis virtualis cognitio in intellectu, sed hec virtualis cog-
nitio fit actualis ut universale esse factibilia est principium ar-
tis ut esse speculabilia est principium scientie. ¶ Du-
bitaret forte aliquis in quo differt experimentum et universale.
¶ Dicendum quod mens cognoscit incipit a sensu, et tunc post in-
cipimus cognoscere multum ad huiusmodi cognitionem sensibilium,
ita quod non cogitamus nisi particulariter de rebus, ne-
scimus enim abstrahere universale a particularibus, unde enim homo
illiterati reputant forte impossibile quod possit intelli-
gi homo preter Sortem et Platonem et preter omnia particula-
ria, quia diu ergo in tali cognitione sistimus, ut puta quod
non cogitamus de rebarbaro preter hoc et preter hoc particu-
lare rebarbarum et preter istud et preter omne tale particu-
lare, tamdiu de rebarbaro non habemus noticiam
quasi non experimentalem. Sed cum accepimus experimentalem
noticiam per multos sensus et multas memorias de hac
herba ut de rebarbaro quod purgat coleram, et postea
accepimus aliam experimentalem noticiam, et postea acce-
pimus aliam experimentalem noticiam per multos sensus
et memorias de alia herba quod habet alium effectum
ut puta de ysopo quod purgat fleuma a pectore,
tunc ex multis talibus experimentis excitatur intellectus
ut cogitet de naturis rerum, ut quod videt esse par-
ticulare rebarbarum purgare coleram, quod experiens est

in memoria talibus particularibus sic esse, et quod vidimus omnes
scamoneam purgare fleuma, et expertus est in memoria
sic se habere, cogitat aliquam unam naturam esse in omnibus par-
ticularibus herbarum, unde habent hunc effectum, sic
et in ysopis et in aliis rebus; unde accipit experien-
tiam, tunc fit in anima cognitio unius universalis praeter multa, sed
particularia, quod considerabitur naturam illam unam universalem
praeter haec particularia et praeter ista et praeter esse omnium particula-
rium; dicitur enim tale universale esse praeter multa, quod consideratur ut
unum non est distinctum per multa et praeter hoc quod sic distinctum
in memoria cum abstrahitur a particularibus omnibus et consi-
deratur secundum se; tale enim universale est ex omnibus particularibus ab-
stractum, est unum praeter multa, quia est unum consideratum
praeter diversitatem et multitudinem, est unum in omnibus, quia in
ipso uniuntur omnia particularia; tale universale dicitur esse
quiescens, quia est consideratum et abstractum praeter omnem locum,
praeter omne tempus, praeter omnem variationem; tale enim universale di-
citur esse quiescens in anima, quia hoc esse quod habet in diversis particu-
laribus non est quiescens, sed est variationi subiec-
tum; sed hoc esse quod habet per considerationem a se dicitur esse qui-
escens, quia est a variatione remotum; tale autem
universale est principium artis et scientiae, et ex tali universali fit in nobis
principium artis et scientiae, quod quidem fit in sequenti, quod patebit.
Patet ergo quomodo differt experimentum sive cognitio experimenta-
lis ab universali; nam quamdiu sistimus in cognitione particula-
rium non considerantes in eis naturam unam praeter multa, tam-
diu possumus habere de ipsis cognitionem experimenta-
lem, sed non universalem; sed cum consideramus in eis naturam unam prae-
ter multa, tunc incipit esse in nobis cognitio universalis, ex qua
fit in nobis principium artis et scientiae. Solet forte du-
bitari quomodo ex experimento et ex universali quiescente
in anima fit in nobis principium artis et scientiae. Dicendum quod principium ar-
tis et scientiae est ipse habitus principiorum sive ipse intellectus, qui
dicitur habitus habitus; sed constat quod habitus principiorum non est ipsa universalis
cognitio, nec est ipsum universale cognitum, sed est aliquid ex illis a-
generatum; habitus enim non est ipse actus nec est ipsum
obiectum, sed est aliquid aggeneratum ex actibus, ut patet si at-
tendimus in obiecta: per imaginabimur enim quod ex fre-
quenti citharizatione efficimur citharistae et aggene-
ratur in manu quaedam habilitas ad citharizandum, quae
habilitas non est ipsa citharizatio, cum per eam vocatur ac-
tus citharizandi, nec est etiam ipse actus cithari-
zandi, sed est aggenerata ex illis actibus, propter quod tales
actus nos exercitavimus esse citharam; sic et in habitibus
virtutibus moralibus hoc idem videmus, tales enim habitus
non sunt nec actus nec obiecta, sed sunt ex actibus per quos
tendimus in obiecta; ita etiam in habitibus speculativis; dicitur
enim ex frequenti abstractione simul temporali generatur in no-
bis habitus temporalis, sic quod bene nos habemus esse talem
modum moralem, sic ex frequenti speculari sumus spe-
culativi et generatur in nobis habitus per quem nos bene habemus
esse modo speculativum. Habitus ergo iste aggeneratus non est
ipsum obiectum speculatum nec est ipse actus speculandi,
sed est aliquid aggeneratum ex actibus. Advertendum tamen quod
habitus speculativi aggenerati ex actibus in anima sunt
quaedam qualitates animae; sicut ergo videmus in qualitatibus sensibilibus,
sic suo modo se habet in qualitatibus intelligibilibus; in qualita-
tibus enim sensibilibus quaedam sunt qualitates primae, ut qualitates
elementorum, quae sunt principia mixtorum, quaedam sunt qualita-
tes secundae, ut qualitates ipsorum mixtorum, quae mixta sunt
principiata et composita ex elementis. Sicut ergo elementa
sunt principia mixtorum, sic qualitates primae sunt principia qualita-
tum secundarum; eodem etiam modo et in habitibus cognitivis, qui sunt
qualitates intelligibiles, quaedam sunt qualitates primae et quae-
dam secundae, et qualitates primae sunt principia qualitatum secundarum.
Quod si volumus videre qui sunt habitus primi cognitivi, qui
secundi, vel qui sunt qualitates intelligibiles primae et qui secundae,
cum talia cognoscantur ex habitibus et actus ex obiectis, oportet quod
ad ipsa obiecta recurrere; dicemus enim quod ipsa obiecta quaedam
se habent ut principia et causae, ex quorum cognitione dependet cogni-
tio aliorum, quaedam se habent ut principiata et causa-
ta, quorum cognitio causatur ex cognitione principiorum; propter quod sicut se
habent ipsi actus et ipsa obiecta ad invicem, sic se habe-
bunt et ipsi habitus. Habitus ergo aggeneratus in nobis ex frequenti
consideratione causarum et principiorum, quem habitum vocamus intellectum, habe-
bit rationem principii, id est habituum aggeneratorum in nobis ex
frequenti consideratione causatorum et principiatorum; quod si illa principi-
ata a nobis considerata sunt factibilia, aggenerabitur in no-
bis habitus qui dicitur ars; si vero sint necessaria, aggenera-
bitur in nobis habitus qui dicitur scientia. Intellectus ergo est principium
artis et scientiae, cum ergo intellectus sit quidam habitus aggene-
ratus in nobis ex universali consideratione principiorum, patet quomodo ex universali
quiescente in anima fit in nobis ille idem habitus qui
est principium artis et scientiae. Est ergo ipsum universale et ipsa
consideratio universalis de principiis principium artis et scientiae, et quod quidem est
causa causae est causa causati; postquam autem ex tali considera-
tione universali aggeneratur in nobis talis intellectus qui est principium
artis et scientiae, et etiam ipsa universalis consideratio dicitur esse prin-
cipium artis et scientiae. Bene ergo dicebatur quod universale est
principium artis et scientiae, et etiam ex illo aggeneratur in nobis in-
tellectus qui est tale principium. Dicemus ergo quod sensus et memo-
ria sunt principia valde remota ad aggenerandum habitum qui
dicitur intellectus, experimentum autem et universale sive consideratio expe-
rimentalis et consideratio universalis de principiis sunt principia magis propin-
qua ad aggenerandum talem habitum. Ideo Philosophus generationem hu-
ius habitus attribuit his duobus, volens quod ex experimento et

ex universali existente in nobis et acquisito in nobis illo, scilicet habitu
qui est principiorum artis et scientie qui dicitur intellectus. Advertendum
est quod licet intellectus sit habitus principiorum, tamen ex sensu causatus generatur
et ex experimento et ex universali consideratione principiorum ipsorum, tamen
universale sumptum ipsum ut ignis consideratio est prior et immediatior
causa tamen quod acquiratur in nobis talis habitus quam sit ipsum
experimentum. Advertendum est quod cum dicimus quod ex universali est vel
fit in nobis habitus qui est principiorum artis et scientie, hoc quod dicitur
universale potest referri et ad ipsum obiectum universalis considerationis
et ad ipsum actum, id est ad ipsam universalem considerationem.
Obiecta enim causant enim habitus ex actibus et ex obiectis quia
ut dictum est, causa est causa causati, obiecta enim
sunt causa actuum, actus autem habituum, quod ipsa ob-
iecta causant et causant habitum. Deinde cum dicit neque quidem
determinati, solvit vel respondet ad obiectionem supra
factam. Arguebatur enim superius quod habitus principiorum non sunt nobis
innati nec sunt acquisiti, quia nulla cognitio precedit
cognitionem principiorum, nec sunt in nobis aliqua cognitio intellectiva
que non preexistit cognitione. Ad quod respondet quod habitus
principiorum non sunt in nobis complete innati, sed sunt in nobis
ex acquisitione et ex preexistenti cognitione, non ex preexistenti cog-
nitione certiori, quia nulla cognitio certior precedit cognitionem
principiorum, sed preexistunt nobis cognitione preexistenti cognitione
sensitiva et ex sensu. Ideo autem quod neque quidem habitus supra principiorum
determinati, id est non sunt in nobis tales habitus determina-
ti, id est complete innati, nec fiunt tales habitus ab aliis
habitibus notioribus, sed a sensu, id est sed causantur a sensu et a pre-
existenti cognitione sensitiva, quia quod fiat dictum est superius
quod ex sensibus fit memoria et cetera. Notandum autem quod habitus
principiorum non sunt in nobis determinati, id est complete innati,
nam id dicitur determinatum quod est determinatum et quod perve-
nit ad perfectum terminum; cognitio enim principiorum non est nobis
naturaliter indita sub esse completo, tamen naturaliter habemus aliquid
de cognitione principiorum in quantum habemus naturaliter lumen intelle-
ctus agentis, et quo lumine sunt talia principia nota.
Deinde cum dicit ut in machine, victa determinatum
declarat et manifestat. Dixerat enim quod ex multis sensibus
fit memoria, ex multis memoriis fit experimentum et
postea universale, et ex his omnibus fit in nobis habitus qui dicitur
intellectus qui est principiorum artis et scientie, in quibus dictis possent
esse duo dubia: unum quare oportet esse multa talia ad hoc quod
talis habitus generetur; secundum autem dubium esse posset, quando
ex sensu per talem cognitionem ulterius que restat ad hoc quod ge-
neretur talis habitus, cum quod fiat. Et prius solvit ad dubium
primum, secundo ad dubium secundum. Circa primum ostendit quod dixerat cogno-
scere quod omne ex sensu et via inductiva accipere cognitionem
principiorum; secunda ibi: quod autem dictum est olim. Circa primum intelligendum
quod ut in machine conversione facta, id est ut

quando fit conversio, id est debellatio, machine, exercitus,
ita semper fit cum generatur in nobis habitus qui dicitur in-
tellectus. Cum enim exercitus fugatus est, uno stan-
te alter stetit, postea alter, quousque veniant
in principium, id est donec veniat tanta multitudo quod po-
ssint esse principium pugne. Cum enim bellatores victi sunt in
fugam et eorum machina sive eorum massa est debe-
llata, quando quod unus fugientium se figit et stat in aliquo
loco, cui se adiungit alter fugiens et postea alter, do-
nec veniat tanta multitudo quod possint esse
principium pugne. Unus enim homo non sufficeret ad pugnan-
dum, sed multi sunt congregati sufficiunt. Sic non quilibet
unus sensus sufficit ad faciendum memoriam, nisi esset talis
unus sensus comprehendens vim multorum, sicut sunt illa que
cum magna admiratione videmus, sed uni sensui
aggregatur alter sensus et postea alius; multi tales sensus fiunt
cum unum et idem multociens vidimus, faciunt in
nobis memoriam illius rei vise, et ex multis memoriis
experimentum, et postea universale, et ex his omnibus gene-
ratur intellectus in nobis qui est principium artis et scientie. Si
ergo queratur quare oportet multa multiplicare ad hoc quod gene-
retur talis habitus, patet quod sicut in pugna unus homo non suffi-
cit ut sit principium pugnandi, sic in generatione huius habi-
tus non sufficit unus sensus nec una memoria. Respondit
quod anima autem habet cum sit talis possit hoc operari, quasi dicat
quod necesse est quod ex multis sensibus fiat memoria et ex multi-
is memoriis fiat experimentum et sic procedendo, ita tamen
quod debemus supponere in hoc processu quod anima sit talis, id est
sit talis natura quod possit hoc pati, videlicet quod ex
sensibus et memoriis possit in ea fieri cognitio experimen-
talis, et in possit in ea fieri universale et quod possit in ea
generari talis habitus qui sit principiorum artis et scientie, id est oportet
supponere quod anima sit talis natura quod in ea non solum
sit potentia sensitiva sed et intellectiva. Dubitatur for-
te quare quomodo acquisitio ipsius intellectus sive habitus cogni-
tionis principiorum per cognitionem principiorum assimilatur exercitui fugi-
enti iterum bellare volenti. Dicendum est quod oportu-
num quod est ad propositum. Nam exercitus fugiens est
obstupefactus et dispersus, nescit in quo loco
se congreget, et sic casualiter ubi se ponit et non totus
simul sed paulatim se congregat. Sic cum volumus cogno-
scere causas et principia ex quorum cognitione acquiratur in nobis
intellectus, quasi sumus obstupefacti ex admiratione,
quia videmus effectum et ignoramus causam. Sumus spar-
si cogitantes huc et inde, nescimus ubi figamus
cogitationem nostram; postquam autem figimus nos in
aliqua una memoria, ut quod hoc vidimus tali tempore, quasi
casuale est quod ubi nos figamus et ubi nos figimus q°

una memoria non sufficiat, sed in memorando de aliquo
tempore et in tali tempore, sed inde generatur ex pluribus talibus me-
moriis habebimus experimentum et universale et poterit in nobis
aggenerari per decursum habitus, quod autem non sufficiat unum
tale sed requirantur multa hoc est quia unum fortificatur
per aliud, sicut enim multitudo bellantium est fortior sic sensus
multiplicatus fortior est ad aggenerandum memoriam et
memoria multiplicata fortior ad aggenerandum experim-
entum. Hec igitur multiplicatio potest referri et ad actus et ad
potentias, ad actus quidem quia unus sensus non sufficeret
nisi una memoria, ipsi enim actus sensitivi plures quanto
efficaciores sunt et multe memorie simul iuncte mai-
orem virtutem habent. Potest etiam multiplicatio hec referri ad ipsas
potentias, nam ipse sensus quantumcumque multiplicatus non
sufficeret ad aggenerandum habitum principiorum, sed sensus cum
memoria et memoria cum experimento et cognitio
experimentalis cum cognitione universali, omnia ista simul iun-
cta se invicem fortificant que fortificata et
roborata possunt in nobis aggenerare habitum cuius
dicitur intellectus. Deinde cum dicit cum autem demum, declarat
hoc dictum videlicet quomodo ex sensu possit generari cognitio universalis,
assignans propter causam, quia ipse sensus est rei universalis, licet sentire
sit rei particularis, et quomodo verum sit in dubitatione
patebit, sed igitur ipse sensus est rei universalis non est mi-
rum si ex sensu potest causari in nobis cognitio universalis. Ideo ait
quod autem dictum est olim, non autem dictum est certe id est
clare quomodo scilicet ex sensu possit fieri universale consistens in anima,
dicebatur enim hoc supra quomodo ex sensu fiebat memoria
et post experimentum et post universale, sed non dicebatur hoc cer-
te clare quia non reddebatur ratio eius universalis dicti. Subdit
iterum dicamus supra clare et certe quomodo hoc fiat. Subdit
stante enim in differentium uno id est stante anima super
consideratione indifferentium in aliquo uno, ut cum consi-
derat multa particularia prout sunt indifferentia in
aliquo uno quando sic est, secundum quod sic considerat, tunc in
anima primum quidem universale. Subdit quia et namque sentire quidem
est singulare, sensus autem rei universalis ut hominis sed non
Callie hominis id est non huius particularis hominis tantum, quasi dicat
quia cum per sensum accepta sunt aliqua particularia
esse indifferentia in aliquo uno, anima stante in tali con-
sideratione fit in ea universale, nec est mirum si per sensum hoc
potest fieri quia ipse sensus est rei universalis licet sentire sit rei
particularis, et quia considerat modum quomodo ex particulari-
bus consideramus universale quod est species, ut cum consideramus aliqua
plura particularia indifferentia in una natura speci-
fica, dat modum quomodo ex ipsis speciebus possumus con-
siderare universale quod est genus. Ideo subdit quia iterum in hiis statur
id est postquam anima consideravit multos particulares equos

sub una natura equina et multos particulares homines sub u-
na natura humana iterum statuit id est iterum stat anima in
hiis id est in considerando equum et hominem et huiusmodi species, consideran-
do quomodo conveniunt quousque utique stent impartibi-
lia et universalia id est quousque tales considerationes stent et
terminentur ad impartibilia vel indimpartibilia ut hec
alia universalia, quasi dicat quia stante anima in tali consideratione
specierum deveniet ad ipsa genera que sunt universalia et impar-
tibilia id est indifferentia, quia in ipso genere habent ipse species
quandam unitatem et quandam indifferentiam. Subdit ut hoc ali-
quid id est stabit anima super consideratione huius alicuius ut puta
hominis et equi et aliarum specierum quousque aliquid id est quousque
habeatur ipsum aliquid et ipsum genus, et in hoc similiter id est similiter
anima stabit in hoc id est in considerando hoc genus quod est aliquid et
in considerando aliud genus quod est planeta, donec super veniat ad
aliud superius genus ut ad corpus animatum. Per hoc patet quomodo
in anima fit cognitio universalis ipsius speciei ex individuis, et quomodo
in ea fit cognitio generis inferioris ex speciebus et quomodo
generis superioris ex inferioribus generibus. Du-
bitaret forte aliquis quomodo sentire est rei particula-
ris et sensus rei universalis. Dicendum quod per unum actum senci-
endi non sentimus nisi unum particulare, quod si dicat-
ur quod uno intuitu potest aliquis videre decem homines, respon-
debimus quod quot sunt homines visi tot sunt species et
quodammodo in oculo et quodammodo tot sunt visiones, nec
est inconveniens quia cum organum visus sit quoddam quantum quod
in diversis partibus organi recipiantur diverse species et
quodammodo fiant ibi diverse visiones, propter unitatem au-
tem eandem potentie oculi non videbimus simul et semel plura to-
ta nec plures partes totius. Unus igitur actus senciendi non
est nisi unius rei particularis, sed per unam virtutem
sensitivam multa particularia percipere possumus. Unus
igitur sensus seu una virtus sensitiva per plures actus senciendi
percipit multa particularia, et in una virtus sensi-
tiva potest cognoscere de illis multis particularibus quomodo
conveniant et quomodo differant. Sic igitur modo sensus est universalis quia
in multis particularibus reservatur ut universalis, vel hoc modo
sensus est universalis quia est multum propinquus cognitioni universali. Unus
enim actus sensus est multum remotus a cognitione universali
quia non percipit nisi unum particulare, sed ipse sensus unus
et idem existens qui percipit multa particularia et
percipit quomodo conveniant et differant valde est propinquus
cognitioni universali, quia statim intellectus ad intuitum per sensum con-
siderabit particularia illa ut sunt indifferentia,
et stando super tali consideratione ut illa particula-
ria conveniunt et ut sunt indifferentia statim accipiet
inde considerationem universalem. Hunc autem modum procedendi ipse
textus designat. Sensus igitur non est Callie tantum id est unius

particularis, sed est homo, sic est rei universalis, quia est
plurium particularium. ¶ Deinde cum dicit: manifestum est quoniam,
concludit ex dictis quod oportet ex sensu et via inductiva
accipere cognitionem primorum, id est principiorum sive universalium,
dicens: manifestum est quoniam necessarium est nobis cognoscere prima,
id est principia, inductione, id est via inductiva; et subdit quod una
quia et sensus sic facit cognoscere universale, cum enim per sensum cognoscamus
hoc particulare et in universali inductione tantum, id est in illo per in-
ductionem cognoscamus universale, cum enim nihil cognoscendo incipiat
a sensu ex particularibus per inductionem. Oportet prima principia
nobis cognoscere. ¶ Tunc sequitur illa pars: quoniam autem circa.
In qua postremo solvit hanc quaestionem: quomodo fiat nobis
nota principia; solvit quaestionem aliam, utrum eodem habitu cognoscuntur
conclusiones principiorum et principiata sive principia et conclusiones; est
enim sua intentio probare quod non est idem habitus cogniti-
vus per quem cognoscimus principia et per quem cognoscimus conclusiones, et
hoc duo facit: quia primo separat intellectum et scientiam, quae sunt
habitus semper veri, ab aliis habitibus non semper veris; secundo dat
differentiam inter ipsum intellectum et scientiam, ostendens
talia non dicere unum et eundem habitum sed diversos. Ibi
non est scientia. Dicit ergo: quoniam autem circa intelligentiam, id est circa
cognitionem habituum quibus verum dicimus, alii quidem semper veri
sunt vel semper, alii autem habitus recipiunt aliquando falsitatem
ut opinio et ratio, id est ratiocinatio; et subdit quod vera quidem sunt
semper scientia et intellectus, quasi dicat quod talem cognitionem et talem intelli-
gentiam debemus habere de habitibus veris, et sic debemus distin-
guere inter eos, videlicet quod habituum verorum quidam sunt semper ve-
ri ut intellectus et scientia, quidam aliquando veri aliquando falsi ut opinio et
ratio. Quomodo autem differant intellectus et scientia patet, quia intellectus
principiorum, scientia conclusionum; ratio autem et opinio sic possunt
differre ut ratio referatur ad cognitionem experimentalem
habitam ex ratiocinatione et collatione particularium, quae
cum sint ex quibus dicitur singularia multum possunt falli et multo
citius falsa; opinio refertur ad cognitionem habitam
circa et per signa fallibilia. ¶ Deinde cum dicit: non
est scientia, ostendit quod intellectus non est idem quod scientia; probat quod scien-
tia quod intellectus differt a scientia etc., primo quia est certior et notior,
secundo quia ad principia quorum est intellectus non est ratio, sed scientia
non est sine ratione; tertio quia intellectus est principiorum scientiae et principium
scientiae non est scientia; tria ergo facit. Secundo quod hic explicatio vel ostensio
intellectum differre a scientia. Secunda ibi: scientia autem omnis. Tertia ibi:
et quod quidem demonstrationis. Dicit ergo quod cum non est aliquod genus habituum certius
scientia quam intellectus, et subdit quod principia, id est demonstrationum, notiora
sunt, supple, quam ipsae conclusiones sunt quam ipsa scibilia; tunc ergo
est supplenda ratio quod si principia demonstrationum quorum est in-
tellectus sunt notiora et certiora quam ipsae conclusiones sive quam
ipsa scibilia quorum est scientia, intellectus est notior
et certior quam scientia; sed ergo nullus alius habitus ab intellectu

sit notior et certior quam scientia, cum intellectus ipse est certior
et notior, quia est de principiis, quae sunt notiora et
certiora quam ipsa scibilia; non est ergo intellectus idem quod scientia,
sed est ad notitiam et certitudinem quam scientia. ¶ Dubitaret forte
aliquis quia videtur aliquis habitus alius ab intellectu notior quam scientia,
videlicet sapientia sive metaphysica. Nam intellectus est principiorum, scientia
et conclusionum per causas non altiores; sapientia autem per causas al-
tiores sive per causas altissimas; non solum ergo habitus principiorum
sed et habitus conclusionum per causas altissimas ut sapientia est
certior quam scientia. ¶ Ad quod quod in sapientia includitur intellectus, nam
ut dicitur in VI Ethicorum, sapientia est intellectus et scientia; metaphysica
enim non habet aliam scientiam quae probet principia sua; ipsa enim in se
ipsa capit suum intellectum et suam cognitionem principiorum per quae
probat suas conclusiones; unde aliae scientiae sunt subalternatae et re-
gulantur per aliam et aliam superiora principia, sed metaphysica est
scientia et intellectus quia non regulatur per aliquam aliam superio-
rem scientiam, loquendo de scientiis humanitus inventis; sed
ut dictum est ipsa in se ipsa capit suum intellectum et su-
am regulam; si ergo solus intellectus est certior quam scientia
non excluditur ex hoc, immo concluditur quod sapientia sit certior
et nobilior quam scientia, cum ipsa in se comprehendat suum
intellectum et suam regulam. ¶ Deinde cum dicit: scientia autem
omnis, adducit secundam rationem quod intellectus differt a scientia,
dicens quod scientia autem omnis est cum ratione, sed super nullus
intellectus est cum ratione, quia ad principia non est ratio; ergo quod sit
est principiorum quidem, supple habitus, non utique erit scientia, id est erit
differens a scientia; est ergo vis rationis huius, quia intellectus est
principiorum ad quae non est ratio; ergo differt a scientia quae non
est sine ratione. Quod autem intellectus sit ipsorum principiorum probat
cum subdit dicens: quoniam autem nihil verius contingit esse scientia quam
intellectus, quasi dicat quod habitus principiorum est ad verum quam sit ipsa scientia,
sed nihil est verius quam scientia nisi intellectus; ergo habitus ipsorum principiorum
erit intellectus; et ideo subdit quod intellectus utique erit principiorum, supple habitus,
et considerantibus ex his, id est ex iam dictis, quasi dicat quod si
consideremus ex iam dictis, patet quod intellectus est principiorum ad quae
non est ratio; ergo differt a scientia quae non est sine ratione. //
¶ Notandum autem quod ratio prima quae est confirmatio rationis secundae,
nam quia solus intellectus est certior quam scientia, ut dicebat
ratio prima, et ut resumptum est in hac ratione secunda, cum ergo
habitus principiorum sit certior quam scientia, sed non est certior scientia quam
intellectus, ergo habitus ipsorum principiorum erit ipse intellectus et per
consequens intellectus differt a scientia. ¶ Deinde cum dicit: et
quod quidem, adducit ad hoc tertiam rationem, quod intellectus non
sit scientia. Nam intellectus est principium scientiae et principium scientiae non
est scientia, sicut principium demonstrationis non demonstratio; ideo ait: et
quod quidem, supple, intellectus non sit scientia patet ex eo quod de-
monstrationis non sit principium demonstratio, quare neque scientiae
scientia, supple, est principium. Principium ergo scientiae differt a scientia, et de

mediatibus id est non procedit in infinitum, ita quod principia demon-
strationis non demonstrantur et demonstrationes principiorum non sunt, quod sic de-
ueniendo immo est deuenire ad aliqua principia indemonstrabi-
lia quorum non est scientia, et intellectus quod illorum principiorum que
est principium scientie non est scientia, sed dicendum est quod principium
scientie vel intellectus principiorum que est principium scientie non est scientia,
quod autem intellectus principiorum sit intellectus probatur, nam intellectus principiorum
est verior quam scientia et nichil est verius quam scientia nisi intellectus ergo
intellectus principiorum est ipse intellectus, ideo videtur quod si ergo secundum
scientiam vel ut habet alia translatio et melius si ergo preter
scientiam nullum aliud id est nullum aliud genus cognitionis habemus
verum id est magis verum super quam intellectum. intellectus utique erit
principium scientie et erit principium principiorum id est erit principium ad cognoscen-
dum principia, non ergo est idem habitus principiorum et conclusionum, quia habitus principiorum
est intellectus, conclusionum quod est scientia, et videtur quod hic autem omne id est hic
totum simul scilicet ad omnem rem super naturam, quasi dicat quod
hic quod demonstratio est in omni quod intellectus est principium scientie simul scilicet
in omni re, ut in hac re mathematicas in-
telles principiorum per que probantur mathematica erit principium scientie
mathematicorum et in alia re intellectus erit principium
scientie illorum sunt illarum rerum. Unde ergo demonstratio est generaliter
quod intellectus est principium scientie verumtamen habet specialiter in omni na-
turalium rerum scientiarum. Istud autem quod hic actus impli-
citur sine principio ... actum com-
pletorum ... de cognitione ... per quam cognitionem
principiorum intellectus id est habitus principiorum non solum est principium scientie
sed etiam est principium principiis id est principium cognitionis per quam cognoscimus
principia et in hoc terminatur sententia secundi posteriorum.

Ad pleniorem autem intelligentiam totius
libri posteriorum dicendum quod iste secundus liber
habet quinque partes principales et xxiiii capitula.
nam totus liber posteriorum dividitur in duas partes nam
in prima parte agitur de quod quid est quod est ... medium
et principium demonstrationis. In secunda parte agitur de
principiis et de dignitatibus que sunt principia communia de-
monstrationis prima pars ubi agitur de quod quid est et de medio
... continet quatuor partes principales prima pars quia
est preambulum ad alia in ostendit quod omnis questio est
de medio demonstrationis. In secunda parte principaliter agitur de ...
medio et de quod quid est secundum oppositionem. In tercia parte agitur
de quod quid est et de medio secundum veritatem prout se habet ad
demonstrationem. In quarta autem parte principaliter agitur de quod
quid est et de medio secundum veritatem prout se habet in ad suam
inventionem declaratur id est ibi quomodo quis venari et in-
vestigare quod quid est sive medium in demonstratione. Sunt ergo quatuor
partes principales in toto secundo libro in quarum prima declaratur
quod omnis questio est de medio et de quod quid est. In secunda parte tractatur
de medio et de quod quid est arguendo secundum oppositionem. In tercia

parte tractatur de medio et de quod quid est secundum veritatem quomodo
se habet ad demonstrationem. In quarta parte tractatur de quod quid
est et de medio et secundum veritatem quomodo se habet ad suam inventionem. In quinta autem et ultima parte agitur de digni-
tatibus quomodo fiant cognite que sunt principia communia in demon-
stratione secunda pars principalis incipit ibi. Quomodo autem quod quid est
per quod demonstratur etc. tercia ibi. Iterum autem speculandum
est. quarta ibi. Quomodo autem oportet venari. quinta et ultima
ibi. De principiis autem quomodo fiunt cognita. prima pars
et ultima remanent indivise. Secunda autem pars ubi agitur de
medio et de quod quid est arguendo et secundum oppositionem habet vi. capitula
secundum que in primo capitulo agitur utrum quod quid est diffinitio sit eorumdem quorum
est demonstratio In secundo autem utrum diffinitio sit idem quod demon-
stratio In tercio quod sit modus introducendi diffinitionem utrum
diffinitio possit concludi per sillogismum reduplicativum. In
quarto utrum diffinitio possit concludi per sillogismum divisivum.
In quinto utrum diffinitio possit concludi per sillogismum diffi-
nitivum. In sexto utrum diffinitio possit concludi per de-
monstrationem. Tercia autem pars ubi agitur de quod quid est secundum
veritatem quomodo se habeant ad demonstrationem habet viii.
capitula nam quod quid est et est medium in demonstratione et est id quod
exprimitur per diffinitionem. et habet tamen causa non ergo potest suf-
ficienter ostendi quomodo quod quid est se habeat ad demonstrationem
nisi sciatur quomodo medium se habeat ad demonstrationem et quomodo
diffinitio et quomodo causa. Rursus causa dicitur secundum diversa genera
et secundum diversos modos causandi. diversi autem modi causandi in-
ducuntur quod aliqua causata reducuntur ad unum et per plures
causas. aliqua non per plures. Rursus aliqua causata sunt simul cum
suis causis aliqua autem non simul. et ea que non sunt
simul aliqua producuntur secundum rectum aliqua secundum circulum. est et
alius modus causandi ab omnibus istis quod aliqua causae inferunt
sua causata semper et ubique aliqua autem ut plurimum et frequenter cum
ergo secundum quos generis causae possint fieri quod quid est et diffinitio
non perfecte poterimus scire quomodo quod quid est se habeat ad
demonstrationem nisi sciverimus quomodo omnia ista se habeant
ad demonstrationem ideo viii. capitula continet pars tercia secundum
in primo ergo capitulo tertie partis principaliter agitur quod quid est ut
habet rationem medii se habeat ad demonstrationem. In secundo ut
quomodo diffinitio se habeat ad demonstrationem In tercio quomodo
contingit demonstrare per omnia genera causarum. In quarto quomodo contingit demonstrare
cum causata resolvuntur in plures causas et quomodo cum non in plures
causas In quinto quomodo contingit demonstrare cum causae sunt simul cum suis
causatis In sexto quomodo contingit demonstrare cum causae et causata non
sunt simul. sed est in causis processus secundum rectum. In vii. quomodo contingit
demonstrare cum causae et causata non sunt simul. sed est in causis processus
secundum circulum In viii. autem capitulo agitur quomodo contingit
demonstrare cum causae inferunt sua causata semper et ubique et quomodo
cum inferunt ut plurimum et frequenter. Quarta autem pars

prius ubi agitur de eo quod est secundum uirtutem quo se habet ad suam inuentionem habet vj. capitula secundum quod demonstratio est quod quid est. est id quod exprimitur per diffinitionem terminorum medium et cetera. Rursus diffinitio aliqua est ipsius subiecti aliqua ipsius passionis secundum aliquid habet diffinire subiectum aliquid passionem. et ad inueniendum diffinitionem subiecti aliqua est hoc in causa aliqua est hoc simpliciter. mediis et in demonstratione potest accipi diffinitio uel per demonstrationem per ipsum uel uel in demonstratione et uel sunt duo attendenda uidelicet quod causa et causatum se consequuntur et quod unum causatum sit una causa. Secundum secundo capitula habet quarta pars secundum in primo modo secundum causam contra primus prius datur ars inueniendi diffinitionem subiecti que est hoc in causa. In secundo uero datur ars inueniendi diffinitionem subiecti que est hoc simpliciter. In tertio docet quomodo debeamus inuenire diffinitionem passionis. In quarto quomodo debeamus uenari et inuenire medium ad demonstrandum particulariter. In quinto quomodo in demonstratione uel inuenienda sit causa que conuertitur ad effectum et que se habeant ad conuenientiam cum ipso. In vj. quomodo in tali demonstratione uel inuenienda sit causa que sit unius effectus et cetera. Sed secundo in toto hoc libro. xxij. capitula. Primum capitulum incipit ibi. quid autem quod quid est demonstretur. et ibi finit prima pars prius. Et incipit secunda. tertium capitulum incipit ibi. manifestum quod diffinitio. Quartum ibi. ipsius autem quod quid est. Quintum ibi. At uero neque per diuisionem. Sextum ibi. Sed ut uero sit demonstratio. Septimum ibi. Quoniam autem diffiniens. Octauum ibi. Ipsum autem speculandum est. et ibi terminatur secunda pars prius. et incipit tertia. Nonum ibi. est autem quorumdam quidem aliud. x. ibi. quoniam autem scire opinamur. xj. ibi. contingit autem idem et cetera. xij. ibi. eadem autem causa est. xiij. ibi. in hiis autem que non simpliciter sunt. xiiij. ibi. quoniam autem uidemus in hiis que sunt etc. xv. ibi. Secundum autem eadem que sunt uel. xvj. ibi. quomodo autem oportet uenari. et ibi terminatur tertia pars prius et incipit quarta. xvij. ibi. congruum autem est cum toto. xviij. ibi. quaerere autem oportet intendentem. xix. ibi. ut habeamus autem proposita. xx. ibi. de eadem autem et cetera. xxj. ibi. ut autem contingat non eadem causa. xxij. ibi. de principiis autem quomodo fiant cognita. et ibi terminatur quarta pars principalis et incipit quinta que non diuiditur in plura capitula sed ibi posteriora analetica consummantur. Secundum igitur modum meum possibilem librum posteriorum auxiliante altissimo exposui ubi tenditur ars quo per scientiam creata habetur demonstratio sicut auctorum sed tu domine ihesu christe qui es ars omnipotentis dei patris plena omnium rationum uite ueniens ... generaliter et perfecte que isti extra prius tu uestigium ut auctores gentium continent sparsim contine et comple uere secundo in te sunt omnes thesauri scientie et sapientie tu igitur sis omnium laborum premium tu ultima mea merces qui cum patre et spiritu sancto es unus deus benedictus in secula seculorum Amen.

Explicit summa libri posteriorum edita a fratre egidio romano ordinis fratrum heremitarum sancti augustini; Deo gratias

Sor		supri		sep		li		pocia				
	te		or		tor		bri		tur			
mor		supb		rap		li		moria				

[illegible]

... confecto ... gummi ... amigdale dulces et ... farina ... et farina fabarum et confricant cum aqua ordei lauetur ... et abluat in ... furfuris.

... et ... rubea et ... marrubii ... insimul et aggregent cum aqua bullita et lauat et fiat colis et lauet cum aqua calida et ... in mane ... et aqua ... et ... pondus ... aliquot diebus.



